


JAS SAGE
Graphia Ltd.
A Division of Bow
International Ltd.





J. 30. v. 2. 66. April. 1852. 30 Jan 1852.

10

946. 2

15

144 HERCULANEUM. Herculaneum Volumen quae supersunt Tomus I [et II] . 2 vols.
With 2 folding plans, 65 plates and some vignettes. Naples, 1793-1809.—Dissertationes isagogicae
~~vol.~~ ad Herculaneum Volumen explanationem. Pars Prima. With 20 plates. Naples, 1797.
to 3 vols. in 2. folio, *diced Russia gilt, gilt frame sides.* Naples, 1793-1809.
These three volumes are supplementary to *Le Antichità di Ercolano*, 1755-92. The illustrations are mainly of inscriptions.

H E R C V L A N E N S I V M

V O L V M I N V M

Q V AE S V P E R S V N T


T O M V S I.



G. Cannova del
B. Orsi inv.

N E A P O L I MDCCXCIII.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.



F E R D I N A N D O III
ITALICO SICVLQ HIEROSOLYMITANO
PIO FELICI SEMPER AVGVSTO

EN tandem, REX clementissime, praeclarissimum Musei Herculanensis cimelion, quod iussu beneficentiaque Tua typis descriptum, in lucem prodire gestit; serius fortasse, quam multorum opinio, & nostra etiam ferebat; sed tamen cumulatissime, nisi valde fallimur, eruditorum hominum studiis, & concitatae de se expectationi satisfacturum.

*

Etenim

Etenim cum primum rumor spargi coepitus est de Papyris, quarum tam magnum numerum Herculaneenses effossiones in apertum protulerant, ac prolaturas porro spes erat; dici uou potest, quanta statim ubique gentium sit consecuta admiratio, quae mens, qui animus omnium fuerit, tam nostrorum, quam longe etiam dissitorum; iis quidem Herculaneum certatim adcurrentibus, ut tantae vetustatis Volumina, tamen lapsa Caelo ancilia, exoscularentur; his nostratum felicitati invidentibus, quibus usurpare oculis, quae auditione tantum ipsi accipere possent, licebat; omnibus vero divae memoriae CAROLVM Parentem Tuum ad Caelum tollentibus, cuius unius beneficio & liberalitati illa detectio referenda erat accepta. Hinc optare pro se quemque, votisque omnibus expetere, ut quamprimum illa evolverentur, & cuiusmodi essent, a quorum essent manu profecta, quid secum novi adferrent cum Orbe erudito communicaretur. Sed operis difficultate deterritis pene cunctis; qui, vera iam facta fabula, carbones pro thesauro, vel potius meros cineres tenere sese non dubitabant; reique extum desperantibus, unus CAROLVS, animum non despoudit, & bene sperare de summa rei iussit; nullique curae, nullis sumptibus parcens, id tandem pervicit, ut qua maxima & industria & labore illa evolverentur, quanto cum litterarum emolumento quid dicam? Et vero, si in vetusti lapidis frusto, in numulo, in laterculo tautum saepe momenti est ad res cognitione dignissimas e tenebris eruendas; quid expectari par est ab satis amplio Volumine ante mille & septingentos minimurn annos non dicam composito, sed certe scripto? Sed factum est sane perincommodo, ut dum CAROLVS praecclare coepit cum maxime urgeret, in Hispaniam ad eorum Regnorum incundam possessionem fuerit evocatus; quae res cum opus tum abrupit, tum subnascentes aliae ex aliis difficultates horum librorum editionem usque distulerunt. Cum vero sexto abbinc anno Herculaneensis Academia fere intermortua, faustissimis auspiciis restituta foret a TE, Rex litterarum bono uate; uibil antiquius ea babuit, quam ut publicae lucis usura tanidu concupita Volumina donaret. Ne autem ab incepta reliquorum Herculaneum monumentorum illustratione socii omnes avocarentur; hanc spartam quatuor academicis pro Voluminum tum patentium numero adornandam

deman-

demandavit; ita ut singuli singula edisserenda, & inlustranda suscep-
rent; improbus enim huiusmodi laboris est, qui inter plures simul
dividi, & conlata symbola, uti nobis sollempne est, absolvi nequeat.
Atque en, Regum optime, illud ipsum Philodemi de Musica Volu-
men, quod omnium primum Augusti Patris Tui providentia in Regio
Museo explicatum lucem adspexit, suis nunc supplementis, interpreta-
tione, iustoque commentario a strenuo coulega nostro Carolo Rosinio
probe instruendum, TIBI se tandem sistit. Et bene quidem habet;
nosque Fortunae, quidquid illa est, vel potius si quidquam est, non
tam ingrati erimus, ut dicam ipsi scribam; quae, moris, quas dixi-
mus, nec tendis, videtur immo gloriae & felicitati Tuae voluisse obse-
cundare; ut Papyrorum Herculaneum editio diu dilata, atque sub
Regno Tufo publicata, ad ceteras Tuas laudes, & ad hunc liberalium
studiorum & artium optimarum statum florentissimum, veluti cumulus
accederet. TE interini, REX maxime & clementissime, obtestamur,
ut industriae nostrae indulgentia & liberalitate Tua faveas; TEQVE
sospitem ac florentem cum augusta Coniuge, Proleque Regia beatissima,
Regnorum ac litterarum felicitati quam diutissime praestes.

E Scrinio Domus Augustae Kal. Sextil. Ann. CLIXCCXCI.

*Devoti Numini Maiestatique eius
Academicci Herculaneenses*

ERVDITIS LECTORIBVS.

ANequam ad papyraceum illud volumen commentandum adgrediamur, quod primum artificiosissimi hominis opera evolutum cupidis eruditorum oculis legendum se praebuit, operae pretium est non pauca praemonere. Et quidem primo de eius Auctore, tum de eo, in quo versatur argumento; tum de illius orthographia; tum denique de nostra, quam in ipsum contulimus, opera, ordinis ratio postulat, ut edisseramus.

II. Profecto de eius Auctore dubitare non finit titulus ad papyri calcem adscriptus, & quidem iterato, statim enim ab ultima illius columna eodem charactere legitur: ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ ΠΕΡΙ ΜΟΥΣΙΚΗΣ (ut in schemate columnae XXXVIII expressum vides): interiecto deinde quinque pollicum interstitio, eadem verba grandiusculis litteris repetuntur, quorum schema ipso in limine omnibus columnis praefigendum duxiimus. At quisnam iste Philodemus fuerit, qua haeresi, qua patria, quibus moribus, quo tempore floruerit, & quacnam eius scripta suum nobis nomen commendaverint, lectores procul dubio a nobis requirent.

III. Philodemi quidem (five Philodami, ut Dorienses efferebant) nomen, quod graece *populi amatorem*, five mavis *Poplicolam* sonat, obvium suisse constat, adeoque plures eius nominis apud antiquos invenimus: unum vetustissimum Pithagoreum Locris in Magna Graecia natum; duos vero recentiores, alterum Opunte in germana Graecia, Lampaci alterum in Minoru Asia, de quibus Cicero in Verrem. Hi tamen nihil cum nostro Philodemo habent commune. Longe enim is fuit celebrior Philosophus ex Epicuri secta, & Poëta non ignobilis, de quo plura ab antiquis cum laude tradita accepimus. Eius meminit Tullius sub finem *II libri de Fin.* & quidem per honorifice; ait enim: *Sironem & Philodemum* (1) *cum optimos viros, tum doctissimos homines;* & disertius, licet suppresso nomine, de eo loquitur integrō fere cap. 28 *Orat. in L. Pisonem* (quem locum infra dabimus) uti Asconius Pedianus testatur his verbis: *Philodemum significat, qui fuit Epicureus illa actate nobilissimus, cuius poëmata sunt lasciva.* Meminit item Horatius *lib. I Sat. 2 v. 121:* *Gallis hanc Philodemus ait;* eumque non de alio, quam de Epicureo Philosopho loquutum, & ex veteri eius Scholiaste Acrone discimus, & hodiecum exstat Epigramma, cui adparet Flaccum adlussisse; est autem in Brunkii *Analectis num. IX* (2). Eundem praeterea cum addito *Epicurei* citant Laertius in *Epicuri vita lib. X sec. III,* & Strabo *lib. XVI* ubi illum primum inter eos memorat, qui urbem Gadara nobilitarunt. Ab Ambrofio etiam *epist. XXV lib. III* sub corrupto *Philomari* nomine hunc ipsum Epicuri sectatorem *Philodemum* citari iure putat Menagius in *Laertium* (3). Quod autem hic noster Philodemus ipsissimus ille sit tam celebris, atque adeo unus inter Epicuri adseclas, quem veteres non alio διαχριτικῷ inter ὄμωνυμοῖς distinxerint,

Papyrus. Vol. I.

(1) Male aliqui codices habent *Polidemum.*

(2) Epigramma incipit: εἰνι μυστοί. Primus ex ms. cl. Uffembachii publicavit Reiskius in sua *Anthologia Cephalaæ num. 651.* Absit autem a Vaticano, & Barberino. Ita ut mirum non sit, si illud Daniel Heinicus ignoraverit; quare *lib. II de Satyra Horatiana* de huiusmodi epigrammatica fatô indolens, scriperit: *lo-*
tus plus venustatis habebet, si quidam ipsa Philodemi ex-

parent verba. Valedicimus ergo iis, qui inibi legendum duxerit: *Gallis hanc Philo demus ait;* Philoni perpetram dictum tribuentes. Videbitur Lambinum l. c.

(3) Inter recentiores de eo meminerunt Reiskius in *Norii Poëtarum anthologiconum*, quae ex hac in edita ab eo *Anthologia Cephalaæ*: Menagius ad *Diog. Laert. X. 32;* Ionius II, 18; Fabricius *Bibl. Gr. T. II;* Samuel Petitius *Obf. I. 9;* Daniel Heinicus *II de Satyra Horatiana;* aliquique.

xerint, quam Philodemi τάς Επικήρειας, ambigere minime possumus; quandoquidem hunc acerrimum Epicuri vindicem ubique deprehendimus. Etenim non modo in hoc περὶ μετοικίης volumine Epicurea dogmata redolet, ut infra docebimus, sed paſſim in aliis voluminibus Epicureum se profitetur: in duobus praeſertim, quae de Rhetorica habemus; quorum alterum absolute inscribitur περὶ γητορικῆς; alterum vero titulum praeſert τῶν ὑπομνημάτων περὶ γητορικῆς. In utroque enim torus est, ut probet sophistica Rhetorica artem esse dicendam secundum Epicuri placita, atque paſſim Epicurum ipsum, Ermarchum (4), & Metrodorum scholae antesignanos citat: imo illud alterum τῶν ὑπομνημάτων volumen hac fententia claudit: Εἰ γὰρ Επικέρος, καὶ Μητρόδορος, καὶ Ερμαρχός αποδινοῦται τεχνηὶ ἴπαρχειν τὴν τοιαυτὴν, ὡς εὐ τοῖς ἔξης ὑπομνησμενοῖς, οἷς ἡμετεροὶ τετοιούς αὐτιγραφούτες καὶ πανοῦ τι μακραῖ τῆς τῶν πατραρχοῖς καταδίκης αφεσημασιν, si enim Epicurus, & Metrodorus, & Ermarchus demonstrarunt eam esse artem, ut in sequentibus libris recordabimur, Noſtri, qui iſſis contradixere, parum admodum a parricidii crimine absuerunt. En quantum Noſtri Epicuro, alijſque ſedētē πορφατοις erat addictus. Quis negabit igitur eum esse Philodemum Epicurei cognomine celebratum?

IV. Iam vero Philodemi patriam nos docet Strabo loco nuper citato: εκ δὲ τῶν Γαδαρανῶν Φιλοδῆμος ὁ Επικέρειος γεγονὼς, καὶ Μενεγγός, καὶ Μενιπποῦ ὁ σπαθογελοῖος, καὶ Θεοδῶρος, ὁ καθ' ἡμᾶς έγγωρ, Gadarenis fuit Philodemus Epicureus, & Meleager, & Menippus feria iocoſe ſolitus exprimere, & Theodorus orator, qui aetate noſtra floruit. Quo in loco obiter animadvertendum, quantopere Philodemi nomen Strabonis aevo celebraretur; ſiquidem Geographus eum in nobilitandis Gadaris ceteris conterraneis suis ſane inluſtribus praecopſuit, licet Meleager, & Menippus illum aetate praecceſſerint, Theodorus vero unus poſtea subsequetus fit. Verum in eo falſus est Strabo, uti reētē adnotat Cafaubonus, quod urbem Gadara Philodemī, aliorumque parentem cum Gazaris conſiderit. Eam enim ſtatuit inter Ioppen, & Azotum, Aſcalonemque. Nam cum de Ioppa verba feciſſet, ſubdit: εν δὲ τῷ μεταξὺ ή Γαδαρις εσιν, ἣν καὶ αὐτὴν εξιδιαſκυτο οἱ Ιεδαιοι, ειτ' Αζωτος, καὶ Αſκαλων, interiacet Gadariſ, quam iſſam quoque Iudei ſuam fecerunt, poſtea Αζους, & Aſcalon. Atqui certo certius eſt eam urbem prope Ioppen, quam ceperunt Iudeai, vulgo dictam eſſe Gazarā, non Gadara; teſtes enim locupletiſſimos produxit Cafaubonus tum primum Machabaeorum librum cap. 14, & 16 (5), tum Iosephum libro item I Antiqu. (6). Fuiſſe autem aliam urbem dictam Gadara, vel Gadaram, vel Gadarim trans Iordanem teſtantur & Plinius lib. V cap. 18, qui eam ponit in Decapoli; & Stephanus, qui ait Γαδαρα πολὺς Κοιλῆς Συρίας; item ac Ptolemaeus, (licet apud hunc legatur Γαδῶρα, ſed corrūpte, uti adnotat Cellarius); & Iosephus, qui lib. XXII cap. 21 aequē ponit in Coeleſtria, & lib. IV de Bell. Iud. cap. 25 ſtatuit in Peraea: εἰδῶντας επὶ τα Γαδάρα μετροπολιν τῆς Περαιας καρπεῖν (7) ; & prae omnibus Marcus cap. V. v. 1: καὶ εἰδῶν (Ιησος) εἰς το περχν τῆς θαλαſſης εἰς τὴν χωραν τῶν Γαδαρηνῶν, veniens (Iesu) trans mare in regionem Gadarenorum, ubi Vulgata habet Geraſēnorū. E quibus certiſſime evincitur Gadarim trans Iordanem ſitam in Coeleſtria, & unam ex urbibus Δεκαπολεως, & Peraea μετροπολιν fuiſſe. Conterminae enim erant Decapolis, & Peraea: ita ut illius pars meridionalis cum septentrionalibus Pe-

(4) Iampridem in primo Herculaniuum Aeneorum Sienorum volumine animadverſum fuit, celebrem Epicuri amicum, & ſeſtare, cui omnes ubique codices Hermachi nomen adpiñerant, Hermarchum fuiſſe re vera adpellatam, docente tum aeneae protomes epigraphe, tum etiam papyracei voluminis περὶ γητορικῆς commate. Id autem vnde magis magisque perſuaſum habemus, cum conſtantissime Ερμαρχοῦ paſſim in reliquo papyris iam evolutis ſcriptum invenerimus.

(5) Cap. XIV v. 7; καὶ εκριεῖσθε Γαζαρῶν, & v. 34: καὶ Ιοππων ὀχυρῶν τῶν επὶ τῆς Ζελάτεων, καὶ τὴν Γαζαρηνὴν τὴν ορον αὔτων; item Cap. XVI v. 19 & 21.

(6) Σιμων ὁ γενικαὶς ἀρχιγενεῖς τῶν πραγμάτων αἱρετοὶ Γαζαρῶν, καὶ Ιοππῶν, καὶ Ιαμουσίων τῶν προτοκανεῖται. Male vulgo legunt Γαζαρῶν, ut adnotat Cafaubonus.

(7) Peraea autem nulli dubium, quin fuerit ad orientalem ripam Iordanis, teſte eodem Iofeſho de B. lib. II cap. 5: Περαια ἡ οὐτερ Ιορδάνων.

Peraeae finibus confunderetur. Vel una igitur erat *Gadaris*, eamque trans Iordanem statuamus, necesse est; vel duplex fortasse, si cum Strabone alteram prope Ioppen agnoscamus, quae etiam *Gazara* diceretur. Et quidem a Iosepho etiam illa altera in maritima Phoeniciae ora, quam *Gazara* alibi adpellaverat, *Gadara* dicitur, *Antiq. lib. V cap. 1*, ubi de Ephraimi sorte scribit (8), qui locus Cafaubonum non fugit. Id tamen cl. Criticus pressius demonstrare neglexit, cur Philodemum, aliosque populares suos a Geographo memoratos Gadaris potius in Coelesyria sitis, quam his alteris ortos dicere debeamus. Cum enim semel concesseris binas urbes aequae *Gadaras* dici posse, quo pacto Strabonem peccasse concludes, si unam potius, quam alteram clarorum vitorum patriam appellaverit? Sed illud Cafaubonus tum non agebat; proinde satis ei fuit animadvertere aliam Gadaridem trans Iordanem fuisse, quam Strabonis fugerat sedulitatem; nos vero, cuia interest, argumentis ad id probandum non desistimus. Id enim manifesto evinci putamus e Philodemi nostri contemporaneo Melcagro, qui in suo epitaphio, quod *Brunckii Analect.* extat num. *CXXVII*, se *Syrum* adpellat, cum scribit:

*Ναός εμε θρηπτείσα Τύρος· πάτρα δε με τεκνός
ΑΤΣΙς εν Δοσυρίοις ναιομένα Γαδάροις.*

Tyrus insula me nutrit; patria autem me genuit *Athis*, quae habitat in *Affyriis Gadaris*. Et infra:

*Ει δε Συρος, τι το Θαυμα; μιαν, ξενε, πάτριδα κοσμου
Ναιομεν*

Si Cyrus ego, quid tibi mirum? Vnam, hospes, patriam incolimus, Orbem

V. Iam vero quantumvis Syriae, Affyriæ, Palestinae, Phoeniciae nomina interdum latissima acceptance sumta inter se confundantur, atque Strabo *lib. XVI* initio adfirmet Affyriæ nomine designari non modo Babyloniam, sed maximam circum eam sitae regionis partem usque ad την περαν των Ευφρατων πολλην χωραν, multam regionem *cis Euphratēm*, atque adeo etiam Phoenicen inter Affyrios collocet, Syrorumque nomen scribat διατείναι από της Βαβυλονίας μεχρι των Ιστικών κολπών, extendi a *Babylonia* usque ad *Issicum* *sirium* (9); nihil tamen minus propriam strictamque Syriae, & Affyriæ adpellationem non tam late patere tum ipsem Strabo, tum alii docent Geographi. Is enim ipso citato loco, quo tam latos Affyriæ fines adsignat, ait proprie vocari *Syros*, qui habitarent trans Euphratēm, & Arabibus essent finitimi; & *lib. XVI* Coelesyriam proprie dictam a Phoenice distinguit, scribens: επει
εν την ιδιας λεγομενην Κοιλην Συριαν επεληλυθασεν, επι την Φοινικην μετειμεν: Coelesyriam autem superius dixerat proprie esse, quae Libano, & Antilibano clauderetur. Et Plinius *lib. V cap. 12*, cum latissimos item Syriae fines descripsisset, subdit: Qui subtilius dividunt circum Euphratēm *Syriam*, Phoenicem volunt esse oram maritimam Syriae, cuius pars sit *Idumaea*, & *Iudea*: deinde Phoenicem, deinde Syria. Id quod praeiactet, mare totum *Phoenicium* adpellatur. Cum igitur Meleager se *Syrum* dicat, & in *Affyriis Gadaris* se natum adfirmet, nonne ratio suadet eum minime παχυτερως suisse loquutum, sed in ea regione natum, quae proprie Syria adpellaretur, & Affyriæ stricte sumtae pars esset? Si quis vero eo arguento non frangatur, adeat ipsum Meleagram in eisdem *Analect.* num. *CXXVI*, ubi sic canit:

*Διξ' ει μεγ Σύρος εστι, σελομ. ει δ' ου συγε Φοινιξ,
Αιδονις. ει δ' Ερλην, χαρε· το δ' αυτοφρασον. (*)*

*At si Cyrus es, dices σελομ; si vero Phoenix, αιδονις; si autem Graecus, χαρε, ident
sem-*

(8) Ita apud Iosephum legitur: Η δ' Εφραίμια συλλ
τη μεχρι Γέδεους απο Ιοδάθαν μεκυνομένην εντζέν.

τη νομη την Φοινικη τε πάτα, τη Συρια δη Παλαισινα καλεομενη.

(*) Stephanus vero, aliquique legunt σελεμ pro σελομ,

& ραιος pro ριδονις. Id vero nunc nostra non intereat.

semper dices. Quibus in versibus quis non videt *Phoenicem*, & *Syrum* adversis frontibus componi? Cum igitur se *Syrum*, non *Phoenicem* dixerit, quis pervicaciter negat *Gadarim* *Affyriam* fuisse in Syria stricte sumta, & proprie in Coelestria trans Iordanem? Idecirco in Vaticani codicis Anthologici margine Scholiares adnotaverat: *Otros ὁ Μελεαγρος Φοινιξ την απο Παλαιστινης*, quod sane a vero non abludit; namque & Palaestini etiam Phoenices audiebant, & Decapolitani inter Palaestinos procul dubio censebantur. Attamen recentiori manu (10) in eodem codice infra subscriptum legitur: *ὁ Μελεαγρος Γαδαρηνος την το γενος Συρος*, quod nempe alter subdidit Scholiares, quasi superiora illa verba οφειλετω; scrupulum enim ei iniecerat *Phoenicis* appellatio. Confuse etiam eruditissimum Emmanuel Martinium in epist. V cap. 4, qui de iisdem glossematis verba facit. Sed in eo vir doctus fallitur; quod paret & *Gadarim* fuisse sitam ad Euphratem, & *Gadariis* vicum fuisse *Attidem*, propterea quia in citato Epigrammate Meleager eanit;

.... πατρῷ δὲ με τεκνοι

Ατθις εγ Ασσυριος ναιομενα Γαδαροις.

Unde concludit: *Natus est Melcager Gadari, seu potius Attide, oppido ad Euphratem haud procul Gadara.* Verum undenam haec haferit nescimus. Profecto ex aliatis veterum testimonii sat procul ab Euphrate Gadara fuisse didicimus. Neque Reiskii opinionem amplectendam ducimus, qui reiecta Martinii interpretatione putat Attidem dici Gadara, quia Atticorum fuissent colonia. Ecquando enim Attici, vel Graeci alii in mediterranea Syiae colonias deduxere? Multoque minus aliam, quam ipse proponit, coniecturam probamus, Attidem scilicet Meleagri matris nomen fuisse; quando Graecus habet: πατρᾳ Ατθις με τεκνοι, patria Attis me genuit. Nobis autem Meleager suae urbis graecitatem, imo atticissimum verbis illis magnificare voluisse videtur. Ut enim Poeta suam patriam Graeci oris, atque moris esse doceret, quid aptius poterat, quam se genitum Attide, quae habitarentur in *Affyriis Gadariis?* Nisi malis dicere Gadaris tantam Graecorum turbam post Alexandrum Macedonem habitasse, ut quasi Graecam urbem in Syra constituerint; & propterea Meleager se natum dicat Attide, quae erat Gadara, idest Graecis parentibus, qui viverent in urbe Affyria. Hanc coniecturam quodammodo confirmat Meleager ipse, cum in ore Syrorum (suorum sane popularium) ponit salutationem σαλαμ, quae pura puta Hebraica est: ει δε Συρος εστι, σαλαμ. Gadareni igitur non omnes admodum Graeci erant, sed γενικας Syri; quin imo Hebrei, & Hebraicam religionem, ritusque profites; quandoquidem Marcus l. c. testatur Christum, (qui sane numquam ad Ethnicos accessit), in eorum fines descendisse:


VI. Verum quod Gadareni ανεκαθευ Graeci non fuerint, ex ipsius Philodemi nostri epigrammate erui satis posse videtur. Huiusmodi epigramma in editis ante Brunkium Anthologiis non habetur, sed legitur in Vaticano, & Barberino ms. codicibus, & quidem corruptissime, hoc paeto:

Σανθοκρήπλασε μυσθχρος μεσοπράσωπε
Εῖλαλε διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα πόθω
Ψίλον μοι χεροῦ δροσινᾶς μύρου ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ με λιθοδιῆτα δέ ποτι πετρόδιῳ
Εὔδειν αἴθανάτας πελὺν χερόν δι δέ πέλιν μοι
Σανθόριον ναὶ ναὶ τὸ γλυκῦ τέτο μένος
Οὐ καὶ εἰς ἀνθρωφοτοκον λύφος ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ σε βιβ δεῖ δύσμορε πετρόδιῳ (11)

(10) Id iamplidem animadverterat Io: Bapt. Zenobetius in suis illustrationibus ad *Meleagri Gadareni in Ver Idyllion*, quod nos ipsi αντοτιν verum deprehendimus.

(11) Eodem ferme pacto legi in ms. Philarae, quod extat in Sangemanensi Bibliotheca, idoneo teste compertum habemus, Brunkius illud recentissime edidit in suis

Quod





Scala di Miggio uno antico Romano di mille passi, o di cinque mila piedi

100 200 300 400 500 600 700 800 900 1000

Scala di Miggio uno Napoletano di mille passi, o sette mila palmi

100 200 300 400 500 600 700 800 900 1000

1000 2000 3000 4000 5000 6000 7000 8000 9000 10000

1000 2000 3000 4000 5000 6000 7000 8000 9000 10000

Topografia dei Villaggi di Portici, Resina, e Torre del Greco, e di porzi
Le parti colorite rossette dinotano le Lave di pietra corse roventi si scoperte, che coperte da quella che dicono Terra di S. Maria, eruttate

III. IV. V. VI. Binotano le colonne migliaie presenti che poste nella Regia strada segnano gli indicati numeri,
di miglio, incominciando dall'estremo orientale del punto detto della Maddalona.

La po




h


Levata sotto la direzione dell'Accademico Ercolanese, e Direttore
de'Reali Scavi d'Antichità Cap.^{mo} D^r. Francesco la Vega.
Disegnata da D^r. Pietro la Vega, Ing^o. Ajutante degli Scavi stessi.

de' loro territorj, per quanto serve a rischiariare altra Carta dell'antico stato dell'agro Ercolanese.
1631.: quelle distinte con tratti indicano la detta Terra di Tito, tutto il restante dinota la materia dell'eruzione di Tito, detta Terra Vecchia, non coperto da posteriori eruzioni.
solo ionuto chiaro, dinota la lava di pietra corsa nel Giugno 1794.

^{1....} Pista di passo del quale si estraggono le prime statue ed altri pezzi ottienuti agli edificj di Ercolano:
vicino la Chiesina di S^o Caterina, e propriamente distro a quella di S. Giacomo.

L'isola Catena Apollidano incise.







Scala unius vetus miliarii, seu pedum Romanorum quinque millium

100	200	300	400	500	600	700	800	900	1000
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000			
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000			

Scala miliarii unius Neapolitani, seu palmorum septem millium


100	200	300	400	500	600	700	800	900	1000
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000			
1000	2000	3000	4000	5000	6000	7000			

Topographia Herculaneensis, qua ejus agri facies, prout olim, ante quam celeberrima Vesuvii erup

1. Tufae, ex quo prima consulebat
ubi ruderis et signa, emiserunt.

2. Thentrum.

3. Forum.
4. Basilica.
5. Templo.
6. Domus pseudourbana, ubi volumina sunt reponita.



Quod ne Oedipo indigeat, sic corrigas (12), atque legas:

Ξενθ' α κροπλαστα (13), μιρρορε (14), μασοπροσωπε (15).

Ευλαλε, διπτερυγων καλον αγαλμα ποθω,

Φιλου (16) μοι χερι δροσιμας μιρρου, εν μονοκλινῳ

Δει με λιθοδομητω (17) οε ποτε πετριδριψ

Papyr. Vol. I.

b

Eudoxus

suis Analepsis *Letitione & Animad. in vol. II Tom. III pag.* 145, sed sectum bifariam. Tria enim priora disticha, quae in Codice Bouttieri invenerat, pro integro praebet epigrammate; deinde subdit: *Salmasius in Pliniūm e Philodemū epigrammate ακελάστη, quod in codicibus meis non extat, distichon protulit, cuius sententia fere edam, quae in hunc epigrammati distichō secundo, tum adscribit quartum distichon, uti apud Salmasium legitur, hoc pacto:*

Οὐας κεις καθάριος τοκος γλυπος; εν μονοκλινῳ

Δει τ' αέρον κατιν δυνατος πετριδριψ.

(12) Mendis enim scatere nemo non videt. Brunkius haec epigraphie illud notavit: *Corruptum Philodemū epigramma beīc ſubſtingam, in cuius emendatione acumen ingenii perſilientur erudit.*

(13) Prima vox, uti est in ms. ξενθωπροπλαστε, procul dubio cubat in mendo. Verbum enim in secunda eius syllaba claudacit, & lentiātiam minus idoneam redit. Ecodū enim animal est vivum, & canens quod *furva fit cera conformatum?* Refingendum igitur vel *ξενθ' ακελάστη*, vel quam minimalementorum mutatione *ξενθ' α κροπλαστα*. Id alterum malum, cum quia simplicius est, tum quia additum *ξενθος* ex tertio pentametro non ad ceram, sed ad bellūlām referri a Poēta confat; ibi enim quod principio vocaverat *ξενθ'*, denou ὑποκριτικος vocat *ξενερον*. Sic etiam Theocritus dixit *ξενθας μειλιστες*.

(14) Si intactum inquias μυρχος, frigidum, & nihil erit επιτελον. Quid enim sibi vult *unguenti colorē babos*, nisi idem ac *flavus*, quod iam dixerat? Ne igitur τευτογονος faciem Poētam sua elegantia sati spectatum, una literula immutata lege μυρχος, non fecis ac Nonnus *Dionys.* dixit μηκιόντων: quod additum opportunitissimum est, tum quia hoc pačo Poēta utrumque cerea, & mellis opūlūm in ape commendat, tum etiam quia hoc alterum opūlūm in pūmis ipse respicit; & ineptus sane foret, si inter tot σπέντε illud unum præteriret, quod ad luam lentiātiam apprine facit. Quid enim opportunius, quam dicere: *qui unguentum fundit, elabors mibi unguentum*: *Unguenti autem nomine mel beīc significari mox dicimus.* Animadverterat etiam Brunkius τα μυρχος importunitatem, quare scripit: *σεβίδουνον φιλορο μυρχον, αυτον μυρχον.* Sed alterum carminis quantitas reculat; alterum lentiātiae non sufficiat.

(15) Quamplurim hodiernis acutae naris Criticis aequa ūfūptiam esse vocem μυρχοποτων non ignoramus; sed non intacta relinquere maluum, tum ne nimis in emendando effemus, tum etiam quia aliquo pačoflare posse ea vīa est. Etenim si toti epigrammati eam tribueris lentiātiam, quam supra adēcipimus, continuo fatearis oportet nostrum Poētam novam sibi apis ideam procudire. Quam enim tantum β. μελιτων Theocritus dixit, ipse ευαλον adpella, εινος bomby, re vera ineptum & molestum, non modo γλυκο μελος dicit, sed & πεπωματων sibi esse adfinitum. Quid porro mirum, si tam bene apteque sibi canente μυρχοποτων vocet? Quid cerebro facies Poētae? Ceterum & a Christoloro in *Eukarissi* dicta est etiam apis πεπων; & a Meleagro Philodemī conterraneo μυρχοποτων celebatur et loculæ cantus sati venustlo epigrammate, qui est apud Brunkium CXII, in quo Loculam impete garnientem *λισσα* nomine decorare non dubitat:

Ακρις, εγκα απτητης ποιων, πεπωματων ύπουν

Ακρις, πεπωματων μουν, λιγυπτεουγε,

Αυτοφους μημηκα λιρας, ιρκε μοι τι ποδεινον,

Εγκρυπτουσα σιλον ποτει λαχον πεπωματων.

Ως με ποιων ροτοι πεπωματωνο μερμην,

Ακρις, μιτατεμενα φιλογυρον φρεστοπλανον.

Δεωρ δε σοι γητειν αιειδηλες ορθρικ δωτο,
Και δοτρεις σποντηι σχιζουενα φενδεις.

Locutus meonai deceptrix απορην, conciliatrix somni;
*Locutus agrestis Musa, suave alis resonis, tuapo natura
imitatrix lyras, cane mibi aliquid amabilis concutens tuis
pedibus vocales alas; ut me a laboribus liberes curae, quae
sonum omnino abigit: Locutus texens quasi filibus sonum
amoris decerpentes. Allum autem semper vires tibi pro
mutatio invenire dato, & roscidas guttas ore ſciſas. Nec
epithetis minus honestis Locutam adpellat in alio epi-
grammate Mnefalcas num. X.*

Ουκει δι πετριγυω θαναθογυγιον πειτειος

Ακρι, ικρι ευκατερες κυλακες ελοιτα!
Ουδε με μεγαλουενον σπιερη υπο συλλοχας τερψεις

Εσιταν ει πετριγυω θαναθογυγιον πειτειος.

*Non amplius sum aliis dulcioris comes Locutus prope
fructiferorū fulcos fedens: neque mihi lacunam umbraſis ſub
fronitatis obſcēlatis dulcis fluvius alis resonis molos. Ci-
cadam vero ſatis moleſte ſritinuentem nonne suis epi-
grammatiſ decurant quā ſuavit̄ cantillantem &
Meleager, & Nicias, & Archias? quae videlicet colle-
cta in Lubini Amb. lib. III cap. 24. Sed, quod magis
mire, Meleager idem Culicem adpellare non dubitat
eleganter in elegantissimo Epigrammate apud Brunk.
num XC quod adscribit non riget:*

Πτυχας μοι κανωψ ταχυς αγγηλος, εκτι δ' ακρος

Ζωνοφίδες φύκεις προσφινύεις τελος.

Αγρυπνοι μηνεις ει σο δ' αλειχαρε σεινεταν

Εσδαι, Εια, πτεινος και ειδομενος, πτεινος.

Ηρυχα δο φετζαι, με και συνηστον ευτρασ,

Κινηται επ' ειρη ζειστης οδυνας.

Η ν δ' αγκυρας την πιλα, δομε πτεψω τε λευτος,

Κενωψ και δοτο χειρας φερινον ροπαλον.

*Polita, mibi Cader, υελος πανιος, atque aures summam
Zenopilae tangens hac insuffura. Vigilans te exspectat:
tu vero ο αμιγης αβλιζης dormis? Eia, vola: nre ο
Mufarros amico, vole. Tacte vero loquere, ne ſimil ma-
ritum excitare, & in me zelotypas dolores ſuscire. Quid
si ad te puerum pluellam, te pelle Leonis ornabo, Gulex, &
dabo mani ferre clavum.*

(16) Quam facile minusculum ο in v transire possit, quin non vide? Proinde pro φιλο προ legendum duximus φιλο, ut ita evadat ſeconda praefiniti imperativi τε φιλο. Hoc autem verbum, quod eit a φιλο tenis, glaber apud Graecos scriptores vulgo pro deglubare, vel madriga ſuntur; quid tamen verat, ut pro attenuare accipiat? ita ut quenadmodum bene dicitur φιλο μερο, tenis unguentum, ſic etiam φιλο πανι, attenuare unguentum; novimus enim maius ſuisse unguenti premium, cum maiis tenue foret, ut apud Plin. lib. VII. Vidi profecto Brunkius Tom. III pag. 145 *Letitione in vol. II* mancam esse ſententiam, eo quod verbum deſſer, qua propter script: προ φιλο, προ τεινο, χεριν ειο δοτον ποτον. Quae verba procul dubio ſic accipere debet, ut ſignificant: liba unguentum mihi roſcidis manibz. Sed quo pacto apis lotis manibus unguento date poſſit, quive hoc commis cum reliquo epigrammate concurat, nemo ſan intelliget. Id quidem Brunkium non latuit; propterea ſubdit: *Ποτη δατη φιλο προ legendum δοτον ποτον.* Sed quid, in bone, integro hexametro deſſer potest? Quod ſi in emendando tam liberos effe licet, & pro φιλο recidere ποτον, legeremus potius ποτον, pro poto mihi unguentum; quod nimis apte quadraret. Sed tam violentias manus textui inſicere non anti ſumus. Pro δοτον vero legendum δοτον ποτον, & verbi ſeq. pro ποτο, ποτο, nemo forteſſe ambigit.

(17) Sic Nonnus vocat ſepulchrum Christi Domini, ηθανατομην.

Εὐδειν αθανάτως (18) πελυν χρονον· ἀδεις (19) παλιν μοι
Σαυταρίου· ναι ναι (20)· το γλυκού τέτο μενος.
Ουκ αιεις ωνθρωπες τοκογυνφος (21); εν μονοκλινῳ
Δει σ' αβιον ναυν, δισμορε, πετριδιω.

Sic lecto epigrammate, haec erit sententia. Adloquitur Poëta τον βομβιτον, h. e. apem circum se fusurramen: *O flave opifex cereae, unguentum effundens, Musam ore referens, garrule, pulchrum volitantum Cupidinum simulacrum, attenua mihi roscidis tuis manibus unguentum; oportet enim me aliquando immortalium more longo aeo cubare in loculo affabre in petra exciso: nae, nae, redintegra mihi tuum melos; dulce enim est mihi. At tu o foenerator homo (hoc melos) non audis? In faxeo loculo te oportet, miser, sine victu habitare.* Fingit ergo sibi audito apis bombo succurrisse, eiusdem ministerio adparari mel, quod olim condiendo suo cadaveri inserviret: qua recordatione minime perterritus, quin imo exhilaratus, utpote cui mors nihil quiet retur surripere, sed potius efficeret, ut immortalium more nihilo indigentium longo aeo in faxeo loculo cubaret; eamdem rogat, ut festinet sibi unguentum ad hoc opus elaborare; atque proinde, ut suum iteret bombum hortatur, adfirmans sibi gratum illum fore, profecto quia mortem laborum finem in suam memoriam revocaret, contra quam divitibus accideret. Propterea quasi επιμνησομενος ad foeneratorem se convertens rogat, cur ipse huiusmodi fusurum non exaudiat, qui memoriam illius temporis refricaret, cum sibi tantopere pecuniis inhianti omnibus viate commodis orbato in area lapidea foret habitandum? Hoc sane pacto obscurissimi antehac epigrammatis sententia, ni fallimur, belle procedit.

VII. Sed, ut ad rem nostram veniamus, ecquis non videt hoc in epigrammate Philodemum ἐβραΐζειν, cum non modo sepulcrum in petra excisum, sed etiam unguentum melle consecutum ad conditaram sui corporis se manere adfirmet (22)? Quare minus opportune ultimum epigrammati distichon (23) retulit Salmatius (pater tanti Viri dixerimus), ut inde adstrueret iam apud Graecos id aetatis, antiquata cadas-

(18) Recte verti posset αθανατος, aeternum, ni sequeretur πνευμα χρονον. Ideo Brunkius l. c. ut inflabret, quid sibi velit ευδειν αθανατος, citat Lucretii versum: Mortaleν vitum, mors quoī immortalis admet. Sua igitur sententia ευδειν αθανατος valet cubare immortaliter, h. e. mors non amplius obnoxioν; bene quidem. At nobis eo in adverbio maior quedam vis inesse vidi est: scilicet immortalium, sive Deorum inha, qui itidem in marmoreis loculis inertes, & nulla je indigentes sedent. Αθανατος enim Homerus saepe pro Θεον usurpat. Quasi dicat Poëta mortuum in suo sarcophago conditum immortalibus aequiparari posse; horum enim beatitas, secundum Epicuri dogmata, in quiete, & securitate reposita erat. Siquidem illius νω κυριον δοσον, ντανατον λεγεντιαρυν ea prima fuit: το μυκηπον, και αρχηρων κτενε τοκογυνα εχει, τοτε μηδη τηρειν, quam Tullius lib. I de Nat. Dior. cap. 30. sic reddit: quod beatum & immortale est, id nec habet, nec exhibet enigmam negotium.

(19) Pro οι δε scribendum qdēs & vidit Brunkius & tam elatum est, quam quod clarissimum.

(20) Repetita haec vocula ναι probant, & blandientis est, & belle copulatur cum ὄτοκορεττην ξυλεπον. Glaucus item in suo Epigramm. apud Brunk. num. II, Nat., ναι ην σορπιτα. Eodem ferme pacto nos Itali dicimus ιτ, si.

(21) Corruptissimum hoc distichon reslitnere olim adnifus Salmatius, illud retulit, prout adscripsimus n. 10. Sed aliquanto felicius hexametro medicas adhibuit manus eruditissimus Simon Rochetus Gallus in ea, quam din elaborat numeris omnibus absolutam Graecae Anthologiae editionem, quique pro sua incredibili humanitate nobis felicissimam emendationem minime invidit: h. e.

pro τοκογυνας legere τοκογυνφος, cui procul dubio subscripterunt & plaucent eruditii: quam minima enim unius litterulae mutationis, nempe ν in γ eamden, quam Salmatius sententiam inde exdruit. Quod ad pentametrum vero, utroque, ut aiunt, pollicie Salmati lectioinem probamus, quamvis adhinc qui mss. premissi insistentes legere audent: δει τε βιων αιτιον, oportet τε aeternum vivere. Namque ersi concedamus illud αιτιον respondere posse ad πνευμα χρονον tertii hexametri, attamen το βιων non bene respondet superiori το νδειν, & male quidem mortuo aptassem αιτιον, vivere; siquidem sine illo verus detrimentum repeteret poterat νδειν, vel υπαινεται, vel quid simile. Praeterit si tollas το αιτιον, sententia perit. Tunc enim intelligere non licet, cur δυκορος adspicit eum, cui eadem ac sibi fors obtigerit, de qua is tantopere gauder, cubandi scilicet το μυκολινη περιδιη.

(22) Hinc sane arguimus hoc epigramma a Philodemum, dum adhuc in patria deseret, suis concinnatim ut alia quoque ibidem scriptissime novimus, inter que illud, quod incipit Ius δι μετανοητα, apud Brunk. n. XXV, de quo sic Reiskius in Notitia Poet. Anthol. p. 271. Graecum origine se non esse, sed in Afr. natum, quodammodo significat carmine illo, quod p. . A. St. exflat, & precibus a Neptuno secundam navigationem flagitat, qua in portum Piraeum devebatur. Sed frutu Reiskius Stephaniae Anthologiae paginam citare fategerat, ubi nusquam huiusmodi epigramma adparet. Primus illud publici iuris fecit Dorwillius in suo Charitone pag. 181.

(23) Cuius intelligere datur, cur Salmatius hoc ultimum portius distichon, quam secundum, quod etiam ad manus procul dubio habebat, adlegaverit: quia sci-licet illud το μυρον suae sententiae minus favebat.

cadaverum crematione, nuperum condendi in lapideis sarcophagis defunctos morem invaluisse. Nec quae deinde allegat Petronii (24), & Phlegonis testimonia, ea sunt, quae probare valeant Philodemi aeo, h.e. tribus ante saeculis (25), id vulgo Gracos factitasse; non secus ac, si quis vellet Latinis quoque Tullii aetate cremandi morem abjudicare, propterea quod Macrobius VII *Saturnal. c. 7* testetur urendi corpora defunctorum suo saeculo nullum esse. Et re quidem vera Tullius de Legibus lib. II cap. 22, cum de sepulturae ritu ageret, scribit: *At mihi quidem antiquissimum sepulturae genus id fuisse videtur, quo apud Xenophonem Cyrus utitur. Redditur enim terrae corpus, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. Eodemque ritu in eo sepulcro, quo procul ad fontes aras, Regem nostrum Numam conditum accepimus; gentemque Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse usam Declarat enim Ennius de Africano: Heic est ille situs. Vere: nam sibi dicuntur ii, qui conditi sunt: nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam iusta facta, & corpus incensum est. Et quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus, humati dicuntur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret.* E quibus sane verbis patet luce meridiana clarius, Tullio, ut doceret, quid proprie *sepelire*, quid *humare* valeret, nulla sui temporis exempla hue suppeditasse, & proinde eum ad vetustatem provocasse, & tanquam de antiquissimo more loquutum. Quanti enim erat ei, qui etiam barbarorum exempla adlegare non dubitaverat, Attico auscultanti (uti paullo inferius) dicere: *Athenienses tui hodiecum sic factitant* (26). Sed quid multis opus, quando Lucianus Petronio fere coaevus in περὶ πενθής de variis sepulturae ritibus loquens, adhuc Graeci cremandi morem, uti proprium adiulcat? ὁ μὲν Εὔκλης εκάλεσεν, ὁ δὲ Περσῶνος εθαψεν, ὁ δὲ Ινδὸς ὑπὸ περιχρεῖτο, ὁ δὲ Σκυθῶν κατεσθίσει, ταργίχευσεν δέ ὁ Αιγύπτιος, Graecus exurit, Persa desedit, Indus adipe fuillo oblinuit, Scytha devorat, condit Aegyptius. Tanti igitur non est Petronii auctoritas, ut tam retro respicere possit (27). Multoque minus Phlegon Hadriani Libertus nobis negotium facessit. Sera enim

(24) Petronii verba haec sunt cap. CXI: *In conditorum ciuana prosequitur est defunctorum, positumque in hypogeum Graeco more corpus custodiare, ac flere toris molibus diebusque coepit . . . secundum hanc orationem iubet manu sui corpus ex arca tolli, atque illi, quae vacabat, cruci adfigi.*

(25) Bona licet eruditorum pars Petronium imperante Neroni floruisse contendunt; attamen id, quod iam suspicuntur erant Valesti fratres, eum ad extrema Antoniniorum tempora esse reiciendum, Nicolaus Ignatius Nofrae Herculanensis Academiae Quindecimvir in sua Palaestra Neapolitana sat luculentem demonstravit non modo argumentis ex eiusdem Petronii stylo (quod Valesti conferant) petitis, sed multa etiam solidioribus, utpote quae ipsaem Satyrici narrationes suppeditant. Quibus argumentis etiam hoc licebit adscire, quod scilicet eum sepulturae ritum commemo- rare, qui nonnulli collabescunt iam Ethnico invaluimus.

(26) Cum scilicet cap. 25 Atheniensium morem a Cetropo usque ducentum cineres terra humandi, & fruges deinde inferendi, alioque emortuas ritus descripsisset, concludit ad Atticum conversus: *haec igitur Atheniensis tua*. Quen locum non bene assequunt sunt Ioannes Kirchmannus de Funeribus Rom. lib. I cap. 1; Everhardus Feithius Antig. Homeric. lib. I cap. 14, alioque, quibus persuaefum est Atheniensis, Tullio auctore, mortuos suos non cremaisse, sed integras terra condidisse; propterea quod Romanus Orator scribit: *Nam & Athenis iam ille mos a Cecrope, ut aiunt, permanxit, hoc in terra humandi, quam cum proxini fecerant, obducentque terra erat, frugibus obserbatur. Legendum sane cum optimis Criticis: corpus terra humandi, quo est. Quocumque tamen pacto legas, id dubitari nequit, hoc capite 25. Tullium non amplius de ritu urendi, vel humandi cadavera verba facere, sed de sepulchorum magnificencia miruenda, eaque*

de causa vetustum Atheniensium morem referre, qui terram, cui mortuus esset intatus, statim obferebant, ut sinus & premium quasi mari mortuo traheretur, solum autem frugibus expiatione ut vivis reddideretur. Quid vero sibi vellet verbum *bunare*, iam superius cap. 22 explicaverat: *quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus, ut bumati dicantur, id erat proprium tum in iis quorū bonus iniecta contegeret . . . Nam prīusquam in eos iniecta gleba est, locu illi, ubi crematio est corpus, nibil habet religiosum; iniecta gleba tumulis, & bumatus est, & gleba vocatur. Cum igitur mox scribit terra humandi, non est cur ita accipienda sit *bumatio*, ut significet cadaver integrum humo intatum, & non portus cineres, cui gleba esset iniecta. Profecto si Tullio huiusc humanioris stricte sumptus tam luculentum exemplum Atheniensium suppeditasset, inepte fatis ad Cyri sepulturam antea provocasset. His adde, que Kirchmannum non latuit, Thucydidis anekdotaram, qui lib. II de pyris, sacibus, & combutione in suorum Atheniensium sepultura pellis tempore, tanquam de re conueta meminit; quare eius Scholiales subdit: δενοντο κυρωτες την εργασιαν την νονον Αθηναιον, κατηντο Ελλατον. Pro certo igitur habebas Atheniensis post Solonis tempora ad Tullii aetatem vulgo crematos fuisse, & sic terrainlatos, non secus ac Homerici heroes, aliquo passim Graeci. Ceterum illud quoque verum est, quod Kirchmannus obserbavit, eum morem non ita perpetuum apud Graecos fuisse, ut nunquam ab aliquo violaretur.*

(27) Quid vero, quod Petronius de Matrone Ephesia verba facit? Ephesii autem utrum fuisse Asiano more corpora εν ταῖς κηρυκραις condendi, Petronio teste, minime inciamnr. Nec quod Petronius ait: *Postquam in hypogaeo Graeco more corpus custodiare, ac flere toris nobis diebusque coepit*, nobis incommodat; cum id tantummodo indicet, illud sepulcrum fuisse subterraneum, qualia

enim aetate nulli dubium , quin combustio apud Graecos , aequa ac Romanos exo-
leverit , opera praelestum Christianorum , qui eum gentilem ritum execrabantur , uti
optime animadvertisit Io: Kirchmannus lib.I de Funeribus Romanorum cap.2. (28) . Vt
ut tamen dederimus iam inde a Tullii aetate suos defunctos in lapideis arcis con-
dere Graecos coepisse ; Philodemi certe epigramma Palaestinum morem redolet ; si-
quidem mellis condiendo cadaveri meminit , quod procul dubio Graeci moris non
fuit .

VIII. Et re quidem vera Lucretius tres sepeliendi modos enumerans cecinit :

*Ignibus impositum calidis torrefgere flammis ;
Aut in melle situm suffocari atque rigere
Frigore , cum in summo gelidi cubat aquore faxi ;
Vrgerive superne obritum pondere terrae.*

Vbi aperte discriminat melle conditum cubare in gelido falso , & urgeri aggesta ter-
ra , quod alterum nempe antiquissimi Graecorum , Latinorumque moris fuerat , teste
Tullio , & proprie Latinis *humari* dicebatur , uti Graecis χωνοθει , & ζεει σημιχ ,
aggerere tumulum , ut Euripides in *Hecuba* . Melle autem idcirco condire cadavera in-
flitutum fuit , quia ut scribit C. Plin. lib. XXII cap. 24 : *Ipsius natura talis est , ut
putrefactare corpora non sinat : & Colum. lib. XII cap. 45 : Ea mellis est natura , ut coer-*
ceat

qualia erant Graecorum . Etenim scitum est ab usque
Homeri aeo Gracorum sepultra sive *τάφαται* , con-
tra quam Romanorum , quae erant *θάναται* , h.e. *κύρια τάφα* ,
Salmatio ipso docente . Inde tamei min-
imum sequitur in hypogaeis sive tempera cadavera inflata , non cineres . *Τάφαται* enim fuit Hectoris sepulcrum ,
quandoquidem Homerus Il. v. 797 adpellat κύρια τά-
φαται , *cavam fossam* , super quam magni lapides strati
fueru : *θάνατον* pariter Patrocli τάφο , & quidem τόπο
μυστον , affabre expositum , Il. v. 255 :

*Τάφαται δε σημιχ , θάνατον τε προβλαύτο
Αρχα πυλαι.*

Vterque tamen , sicuti ceteri Homericci Heroës (vide
Il. v. 431 , & Odys. v. 67 & seqq.) combusti sunt . Vt
indicaret igitur Petronius Matronam pluribus diebus ac
noctibus flentem perdurasse in conditorio *subterraneo* ,
fortasse addidit *Graeco mure* , h.e. illud positum fuisse
sub terra non secus , ac Graecorum sepulcra solerent ;
quod vero integrum cadaver mariti in arca situm fo-
ret , id non omnium Graecorum morem , sed ad Ephesorum , qui licet Graece lognerentur , Asiafrici ta-
men instituti , non secus ac Gadarenus Nostr , fortasse
insistebant , est referendum .

(28) Dum haec scribimus opportunissime bina huius-
modi hypogaea in hac urbe detecta sunt extra pomoge-
rium ad S. Lannarii portam , que in vicinia tribus & vi-
ginti ad hinc annis alterum erutum fuerat sub Patrum
Missionis domo . In nuper enim instaurata domo , dum
pnteo desodiendo darent operari fabri , inventa est sati
elegans camera in falso topiceo excavata , qua triginta
fere palmos Neapolitanos longer erat , lata septendecim ,
alta tredecim , cuius parietes , demto fornici , opere te-
florio erant exornati : circumcirca autem & solo tres
circiter palmos alti surgebant undecim loculi in eo-
dem falso exsculpti , qui lepitem fere palmos effent lati ,
excepto qui contra portam erat aliquanto brevior .
Erant porro loculi praerandibus aliquot tegulis , ita
conficit , ut se se vicinem continenter , coperti . In al-
bo autem , quod singulis loculis impenderet , attamen-
to , aliquibi etiam stylo ferreo , plura descripta erant
Graecis litteris , modo grandioribus , modo minutiori-
bus , nomina , quorum aliquot alii veteribus , fidelia de-
albato pariete , fuisse imposta fatis adparebat . Hinc por-
ro transfosto intergerino pariete , in aliam contiguam ca-
meram profus similem , licet angustiore , patuit aditus .
Septem ibidem erant loculi , quorum duo tautum nomi-
nibus inscripti . Multa hinc fistillum sigillorum , quae

in testori operis corona digesta fuerant , & multifor-
midum vasculorum supplex extrafacta est ; nummi vero
nulli , quod sane dolendum . Inventa est autem uni locu-
colorum superimposta olla terra , & offibus oppleta cum
inscripto nomine ΕΤΔΡΟΜΟΤ ΤΟΥ ΓΝΕΟΤ . Alia in
hinc hypogaeis erant obseruata diena , praeferunt Grae-
cum distichoi , quo Euphronis theca distinguebatur ,
cui inlustrando operam nunc navat Nicolaus Ignarra
Nostrae Academie XVvir ; sed ea huc non pertinent .
Quod autem ad rem nostram facit , ei profecto duo
Graeco more hypogaea , quae tamen non alios ferunt ant-
iquitatis characteres , quam qui illa post Antoninou-
rum tempora relictum . Neque id ex ineleganti ele-
mentorum deformatione repetimus ; ex iis enim , upo-
te festinante in pariete depicis , nec ab artifice , sed
ab hominibus in hoc scripturæ genere minime pertitis
nulla certa fieri potest conjectura ; sed certiori longe in-
dicio , quale sunt ipsa defunctionis nomina inscripta .
Ex iis enim quatuor sunt pura puta Ρομανα , scilicet
ΧΩΚΗΝΙΟΣ , ΣΠΥΡΙΟΣ , ΓΝΕΟΣ , ΠΑΠΕΙΡΙΑ . Nam
si Straboni lib. V fides habenda est narrante Neapolini
præ ceteris Graecis Italica urbibus Romanorum domi-
natione in barbarum collapsis Graecorum institutorum
fuisse tenacissimam , & in primis Graecæ nomenclatio-
nis , quam constantissime suo aeo Neapolitanis , eti
Romani (lege scilicet Iulia) evassent , retinebant , ἀλησικαὶ οὐναὶ κατέπειραν οὐναὶ Ρογγαῖ . procul dubio Roma-
na , que inibi leguntur nomina fatis aperte posteriora
Straboni tempora designant , immo eam prorsus aetate
cinn denique Romanorum colonia Neapolis eva-
fit , postrema scilicet Antoninorum tempora ; ut abunde
Palaestrae Neapolitanæ Auctor demonstavit . Quid
vero quod cineraria urna Eubœa τηνε inculetus
ostendit non dicit ante morem sepeliendi interea in lo-
culis cadavera inolevisse , quando adhuc erant , qui
veterem cremationem mordicus retinebant ? Nec an-
tiqui certe aestivandum alterum hypogaeum , quod
in eadem vicinia anno 1758 detectum fuit , ut argumen-
to fuisse fatis inelegantes characteres formar , quibus
elegans sub Arifonia anaglypho epigramma exsculptum
fuerat , & anaglyphi ipsius ruditas , nec non τραχιτε ,
quaq; aliam inscriptionem parieti impositam deturpa-
bant ; que omnia collabescerent in urbe nostra Gra-
ecorum fatis proderunt . Haec oninia adnotare non
pugnit , ut dicant lectores , quam considerate gravissi-
mae Salmasi auctorati obluclaverimus .

ceat vita, nec serpere ea patiatur; qua ex causa etiam exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conservat. Το μύρα igitur, quod ab ape sibi fabricari postulat Philodemus, vel absolute mel est, vel certe unguenti genus, quod melle in primis constaret. Et quidem ex Plinii lib. VII discimus in omnibus fere unguentorum speciebus, quibus ad luxuriam veteres abutebantur, conficiendis mel prae reliquis locum habuisse. Quenam autem fuerint gentes, quae melle in condiendis cadaveribus potissimum uterentur, docet Strabo lib. XVI de Assyriis ita scribens: Θαπτοί δ' εν μελιτι κηρα περιπλασαντες, sepeliunt in melle cera oblinentes, itemque Herodotus lib. I: ταφαι δε σφι εν μελιτι (29). Praeterea ecquis ignorat Hebraeis in more positum fuisse, ut cadavera unguentis delibuta (30), & linteis, fasciisque constricta in sarcis loculis conderent? Quem profecto morem ex Aegypto ipsi derivaverant (31): quantumvis non omnes sepulturae ritus Hebraeis, & Aegyptiis essent communes. Denique etiam Spartanos fuos defunctos in melle, vel cera adservare solitos, evinci videatur ex Herodoto, qui mortuo Agesilao, dum iter per Cirenem faceret, narrat: ὅτε τοις σώμασι εν μελιτι κομισθεντος εἰς τὴν Σπαρτην επυχε τῆς Βασιλικῆς ταφῆς τε, καὶ την: corpus eius melle conditum relatum fuisse Spartam, & regio ibi cultu & honore sepulcum; licet Plutarchus, & Nepos in Agesilao ecra oblitum eius corpus narrent, quod mel non suppeditaret. Verum id non alia fane de causa factitatum ab eis arbitramur, quam ut incorruptum servare possent, usquedem peregre Spartam pervenirent, nunquam idem facturi, si Agesilaus domi occubueret. A Plutarcho enim accepimus, quid a Lycurgo indiscriminatim de sepultura institutum foret; scribit enim in Lacon. Inslit.: Τῶν δε Θαψῶν αγειλε την δεισιδαιμονιαν απασχυ δι Λυκεργος, εν τη πολει θαπτει της νεκρες, και πλησιου εχει τα μνημεια των ιερων συγχωροσ. Περιειλε δε και της μιασματος, συνθαψει δε γδε επετρεψει, αλλ' εν Φοινικι, και Φυλοιοι ελαιας θεντας το σωμα περισελειν κατ' ισον απαντας: universani de sepulcris superstitionem Lycurgus abstulit, concedens, ut in urbe mortui sepelirentur, & monumenta templis essent vicina: suffulit & pollutiones, & nihil permisit cum cadavere hunari, sed ut cadaver in punicea veste, & foliis oleae aequa ab omnibus componeretur. Vt ut tamen se res habeat, si quidem aliquando apud Spartanos hic melle condiendi cadavera mos invaluit, profecto dicemus e Palacstina profectum; nemo enim ignorat Spartanos ab Hebraeis fuisse oriundos (32). En igitur cur Graeco-Syrus Noster inter Hebraeos victitans mel ab ape ad sui sepulturam praefolaretur. En quam verum sit Gadarenos origine Graecos non fuisse. Sed de eius patria nimis fortasse hactenus.

IX. Quo autem tempore es floruerit, profecto ex Tullio discimus; siquidem de eo, tamquam de suo contemporaneo loquitur. In libro enim de Finibus loco pag. i citato Torquatum inducit aequalem suum appellante Syronem, & Philodemum suos familiares. Ex Oratione vero in Pisonem satis superque eruitur eum non modo cognitum Tullio fuisse, sed tum, cum eam orationem pronuntiaret, vixisse adhuc, & floruisse; eaque de causa Orator & suppresso nomine, & caute nimis loquitur, ne eum offendat. Quod autem Asconius miniue nos fessellerit, cum docuit de Phiz Papyr. Vol. I.

(29) Democritum etiam praecepisse, ut suum corpus melle servarent, auctor est Varro περι των αριθμων, sed eius exemplum vulgus non fuisse initiatum: Heraclicos Ponticos plus sapit, qui praecepit, ut comburent, quam Democritus, qui ut melle servarent: quem si vulgus sequitus esset, periret, si centum denariis calcem nulli emere possemus.

(30) Quamvis huiusmodi unguenta interdum fuisse precepit ex iis, quae de Christi D. N. sepultura habent Evangelistae; nihil tamen vetat opinari pauperiorum cadaver (in quorum numero fortasse erat Philodemus) solo melle condita plerumque fuisse.

(31) Itaque cum Lucianus scribit: περιγραψει δι Αρυππονος, sub Aegyptiorum nomine intellige etiam Hebraeos. Fama enim perulgata erat apud Graecos ab Aegyptiis Hebraeos fuisse prognatos, ut ait Strabo lib. XVI: ορια Αιγυπτιους αποφινει τους προγόνους των ιουδαιων λεγομενων. Hinc Tacitus Hist. lib. V: Iudeos corpora condere, quam crenare more Aegyptio.

(32) Ita fatetur Arius rex Spartiarum Michab, lib. I cap. 12 v. 21: Inventum est in scriptura de Spartiatis, & Iudeis, quoniam sunt fratres, & quod sunt de genere Abram.

Iodemo illic verba fieri, comprobatum ex ipsomet Philodemo habemus, qui & Romanum e Graecia se commigrasse testatur carmine, quod exstat in *Brunck. Analectum. XXVIII. Τρισσες αθανατες*; & Pisonem ipsum adloquitur epigrammate apud eundem *Brunckium IX.* Quin se eiusdem amicissimum profitetur in alio epigrammate inedito, quod item extat in *Palatino Codice Vaticano*, & in *Barberino* (33):

Αυριον εις λιτην σε καλιαδα, φιλατε Πεισων,

Εξ ενατης έλκει μετοφιλης ἑταρις

Εικαδα δειπνιζων ενιαυσιον ειδ' απολειψης

Ουθατα, η βρομις χιογενη προποσιν,

Δηλ' ἑταρες οφει πανχηθεσ, αλλ' επακοση

Φαιηκων γαιης πλω μενυχροτερη.

Ην δε ποτε τρεψης η εις θηρας ομματα Πεισων.

Αλογενει εκ λιτης εικαδα πιοτερην.

Corrige in primo pentametro ἑταρος (34), & redde: *Cras te in vile tugurium, carissime Pison, post nonam horam (35) adducet tuus sodalis Muisis amicus convivio celebratus anniversariam Eicada (36). Quod si relinges sunina (37), & Chii vini pocula, videbis certe omnino synceros sodales, atque audies acromata multo magis mellita iis, quae apud Phaeaces audiebantur (38). Quod si quando in nos etiam oculos convertes Pison, e vili tugurio pinguorem Eicada reportabimus. Quibus sane verbis Pisonem adolescentulum, sua disciplinae a Lucio patre traditum παιδεραστικως adloquitur (39).*

X. Ce-

(33) Huius epigrammatis fragmentum protulerat iam Salmius in *Hist. Aug.* pag. 424, h.e. primum distichon, & secundi hexametri partem ulque ad suauorem. Idemque edidit porro Brunckius Salmiush laudans, *Analect. Tom. III. Lction. et Annot. p. 145.*

(34) Sic profecto legit Salmius, vel certe emendavit. Repte quidem; quia ειναι sunt masculini generis μενογινες, διανινω. Praeterquamquod non de alio tam demise scribere poterat Poeta, ut eius domum vile tugurium adpellaret, quam de se ipso, cum Senatore Romani, vel eius filium invicerat.

(35) Sic Salmius. I.c. Ciceronis etiam tempore, non minus quam Marcialis plerique omnes, & praeceps non valde negotiosi ab hora nona coenam inbant. Philodemus quodam epigrammate nondum edito Pisonem invitanus, ab hora nona eum adesse iubet. Confutat tamen horam (quod superfluum videri posset) idcirco designata non omittit, ut debeat convivium minime laetum ac sumtuosum futurum, qualia erant quae maturis inflitebantur, ac propterea tempestiva, vel intempestiva audiebant; sed parcum ac sobrium, quale Philosophi, ac Poetae esse decebat: idque apprime tertio hexametro responder, ubi *famini*, *Obiunque* vinni defusa laterat. Tantundem enim erat post nonam coenare, ac sobriae coenae accumbere. Sic Nicolaus Damaceenus de *Augusti Inflit.*, ut Augusti sobrietatem commendaret, scripti eum non ante decimam horam coenare solitum, ni quando apud Caesarem, vel Philippum, vel Marcellum fororis virum convivio excepteret: οὐδε μεν τοι δεῖται προ δεκάτης μέση εἴη Καισαρος, οὐ δικτατο, οὐ τι γιγνετο εύτι την αύραν Μαγειλλα. Hanc autem convivit parsimoniam nona hora designatam lepide honestat, atque excusat minime ortio epitheto μενογινες, quod sibi adrogat, quasi dicat coenam ante nonam domi sua idcirco adparari non posse, quia ipse novum Musarum cultor esset, h.e. Poeta, ac proinde minime opulentus. Ex hac ipsa porro, quam Poeta commemorat, hora nona, ortum viderit, ut pro επανοποιητico aliquando fuerit επανοπ. Cum enim nonum fuerit apud Romanos scortorum domos nonnisi post nonam paruisse, unde meretriculae *Nonarie* audiebant, (uti apud Persium *Sat. I.*) nil facilis fieri potuit, quam ut Grammaticus aliquis, cum lepisset επανοπ, non de αντο, sed de amica verba fieri cogitans, επανοπ pro επανοπ refingeret.

(36) *Eicadas* dies cuiusque mensis vicefimus dicebatur; ita apud Aristophanem in *Nubibus Act. I Sc. 1*: δύο νυκτους την εικαδην εικαδας. Hunc autem natalem Epicedium eius festatores celebrabant, dicti propterea εικαδοται, ut apud *Athen. lib. VII cap. 13*: Επικουρεος δε τις εικαδοται των συνδειπνουσιν, non fecus ac περιβαται, qui quarta, & τριακοτη, qui tricemesa conveniebant, & convivia agitabant. Vide *Casaubonum in Athen. lib. VII cap. 9*, & *Menagium in Laert.* T. II lib. X segm. 18. Cum autem εικαδη singulis mensibus rediret, cur eam appellavit εικαδη? Dicendum sane eum logui de ea Eicada, quae foret natalis Epicedi anniiversaria, & ipsa Gamelionis vicefima, queaque idcirco praे reliqui mensis follemnior rediret, ut a Tullio dicensim *de Finebus II*: Καιερο, quid sit, quod . . . (Epicedus) tam accurate, tamque diligenter civeat, & faneat, ut . . . heredes ιου de Hermarchi (h.e. Hermarchi, uti ex papyris nostri dicensim) Ιοντοια dent, quod fatis sit ad diem agendum natalem suum quotannis mensē Gamelionem: itemque omnibus mensibus vicefimo die Luna dent ad corus epulas, qui una fecum φιλοσοφati sint.

(37) H. e. *Suidas* cum latè manna, cibum gulosis veteribus, aequo ac noſtris delicatissimum. Sic Leonidas Alexanderinus in epigrammate apud *Brunckium n. XXXII:*

Μα πλι μαι μετα δοπον, οτις ουκετη γιτηρα πιθω,
Ουθατο, και χοιρον αυτο πιθη τημχρη.

Νε ιερων μιβι ποτιναι, και πον amplius ven-

trem field,

Απονε μαμμας σιιλλα, & tonacula recentia.

Propterea cum Chio vino celebratissimo ea coniungit, ut indicet Pisonis quotidiana in coenando lantitium.

(38) Adludit procul dubio ad ea, quae de Phaeacum coenis narrat Homerus *Odyss. 8*, a quibus Musica non sciungebatur; quorum regem Alcinoum sic loquentem facit v. 248:

Αιν δινεις τε ειαν, κιθαρας τε, χοροι τε.

Siemper ποτις κοντονηνε γρατιν, κιθαρας, εβοικη.

Ira quantopere Musican negliget Noster, etiam hec fatis aperte indicat, ποτις κιθαρα illi lubentissime praepo-

nens, quae suo tempore vulgo inolevisse scribit Col.

A VII, quam consule.

(39) Quid enim aliud innuere potest ista effigiatatio

τη πρεταιρη εμπειρη, ut ocellos converteret, qui domum subi-

te, & convivio excipi non fuerit designatus, nisi mode-

stam

X. Ceterum quod ad eius mores attinet, eum naturam bonam fuisse sortitum, eamque non Philosophia modo, sed litteris etiam expolivisse Tullius testatur *I. c.*, sed familiaritate Pisonis discipuli eum, qui magister virtutis esse debuerat, adeo fuisse corruptum, ut non modo peccarti adularetur, sed etiam eius adulteria elegantissimis versibus celebraret. Sed praefstat ipsum Tullium audire *cap. 28, 29*: *Est* quidam Graecus, qui cum isto vivit, homo, ut vere dicam, sic enim cognovi, humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum, Is cum istum adolescentem iam cum hac Diis irata fronte vidisset, non fugit eius amicitiam, cum esset praesertim appetitus: dedit se in confuetudinem sic, ut profus una viveret, nec fere ab isto unquam discederet. Non apud indoctos, sed ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum, & humanissimorum coetu loquor. Auditisi profecto dici, Philosophos Epicureos omnes res, quae sunt homini experendae, voluptate metiri: recte, an secus, nihil ad nos: aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus; sed tamen lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti saepe praeceps. Itaque admirarius iste, simul atque audivit a Philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptuarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinnuit, ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Graecus primo diligueret, arque dividere illa, quemadmodum dicerentur: iste claudus, quomodo aiunt, pilum retinere: quod accepérat, testificari; tabulas obsignare velle, Epicurum disserunt decernere: & tamen dictum opinor, se nullum bonum intelligere posse, demptis corporis voluptatibus. Quid multa? Graecus facilis & valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem populi R. esse noluit. Est autem hic, de quo loquor, non Philosophia solum, sed etiam ceteris studiis, quae sere ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poëma porro facit ita festiyum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius: in quo reprehendat eum licet, si qui vult, modo leviter, non ut improbum, non ut audacem, non ut impurum, sed ut Graeculum, ut aſtentatorem, ut Poëtam. Devenit, aut potius incidit in illum eodem deceptus supercilio Graecus, atque advena, quo tan sapiens & tanta civitas. Revocare se non poterat familiaritate implicatus: & simul inconstantiae famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus, ita multa ad illum de isto scripti, ut omnes libidines, omnia supra, omnia coenarum conviviorumque genera, adulteria denique eius delicatissimis versibus expresserit. In quibus, si quis velit, possit istius, tamquam in speculo, vitam intueri; ex quibus multa a multis lecta, & audita recitarem, nisi vererer, ne hoc ipsum genus orationis, quo nunc utor, ab huius loci more abhorret: & simul de ipso, qui scripti, deirakti nolo. Qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior, & gravior esse potuisset: sed eum casus in hanc confuetudinem scribendi induxit Philosopho valde indignam: siquidem Philosophia, ut fertur, virtutis continet, & officii, & bene vivendi disciplinam: quam qui profitetur, gravissimam mihi sustinere personam videtur. Sed idem casus illum, ignarum quid profiteretur, cum se Philosophum esse diceret, istius impurissimae, ac intemperantissimae pecudis coeno, & sordibus inquinavit. Quod Tullii iudicium de Philodemi moribus a veritate alienum non fuisse, hoc ipsum volumen, quod illustrandum adgredimur, satis comprobat; ex eo enim translucet animus per se suis ad bonitatem comparatus, & ab intemperantia abhorrens. Vide praeferrim, quae scribit in *Col. VII*.

XI. E veterum porro librorum naufragio non aliud de tanti Philosophi, ac Poetae scriptis adhuc emerserat, quam XXXIII epigrammata, XXXI scilicet, quae continentि serie habentur in Brunckii Analectis *Ton. II*, & bina a nobis modo adlata;

quae

stiam rei turpis sollicitationem? Quod cum Lucio patri
minime quadret, hinc adolescentulo Pifoni filio carmen
inscripsum suspicari licet. Quis enim ignorat, quanta
invercundia Gracci, & quidem Philosophi ingenuos
pueros deperirent?

quae integra ē mss. primi eruimus. Plura tamen opera eum scripsisse veteres memoriae prodiderunt. Et quidem Athenacus lib. X citat Philodemi opus, cui titulus *τῶν εὖ Ροδῶ Σμυνθιῶν*, quamvis lib. III eiusdem operis mentionem faciens, auctorem appellaverit *Philomnestum*. Vtra lectio verior sit, ignorare cogimur. Ambrosius autem in epist. 25 lib. III nuper citata adlegat eius *Epitomas*, in quibus de Epicuri doctrina verba secisse manifestum est. Diogenes vero Laërtius aliud eius scriptum commemorat, cui fecerat titulum: ἡ τῶν Φιλοσοφῶν συντάξις, & quidem pluribus constans libris; citat enim decimum. Hunc autem titulum non *de Philosophorum compositione* cum eius interprete Ambroso, sed potius *ordinatam Philosophorum seriem* interpretari licet; ita ut eo in opere belle digesta haberetur *Philosophorum omnium*, eorumque dogmatum series, unoque verbo philosophica historia exhiberetur. Quod non modo confidenter adserimus ex eo, quod videamus a Laërtio hunc librum citari, ut doceret Epicuro hortante tres ejusdem fratres Neoclem, Chaeredemum, & Aristobolum ad philosophandum adcessisse (quod ad Epicuri philosophantis historiam pertinere nemo non vider), sed etiam ex cuiusdam Papyri fragmanto colligi posse putamus. Cū enim primo e caveis eruta essent huiusmodi volumina, cumque nulla suppetret ars, cuius ope tam fragilis materia evolvi posset, ut incredibilem Caroli Regis, tum eruditorum omnium cupiditati, qua ardebat, talia antiquitatis nosse κείμηνα, aliquo pacto fieret satis; nil aliud succurrit (uti in superiori διατριβῇ narravimus), quam eorum aliquod gladio bisarium secare, ut lecta aliquantula codicis particula, de eo librorum genere iudicium fieri posset. Temere igitur in crassius quoddam volumen (sere enim quinque pollices latum est eius fragmentum medium cylindri περιφερειαν continens) manus iniecere; quod dissestum integrum columnam, & alterius partem elegantibus scriptam Graecis characteribus curiosis oculis praebuit, quae a Cl. Mazochio, magno tum nostrae Herculaneensis Academiae lumine, explicata, & commentario illustrata sapientissimi Monarchae desiderium expletivit. In ipsa autem columna, aequa ac in reliquis, quae postea evolvi potuere, de Epicuri vita, & dogmatis agitur (40); adeo ut coniectandum sit eo ipso volumine contineri vel totam τὴν τῶν Φιλοσοφῶν συντάξιν, vel potius aliquem e decem eius libris. Non enim nobis persuademus integrum opus de unius Epicuri rebus gestis tractare potuisse. Nam si alia adeo pinguis Epicuri historia per Philodemum extitisset; hanc potius, quam alium quemvis librum Laërtius citasset. Itaque dolendum sane est, quod nimia festinatione voluminis nil contempnendi facta sit irreparabilis iactura: sed quid faceres, cum nulla alia eius legendi spes adfulgeret? Satis superque ab Optimo Principe, artium scientiarumque sautore acerrimo tam laudabili de caussa admisum peccatum reparatum fuit, cum neque curis, neque impedio pepercit ulli, ut evoluta haec volumina eruditorum oculis aliquando usurpanda proponeret. Nihil praeterea de Philodemi scriptis apud veteres commemoratum occurrit. Itaque profus nova sunt tum hoc *de Musica*, tum alia, de quibus in Diatriba Isagogica verba secimus.

XII. Iam vero adcedamus ad ipsum περὶ μετικῆς volumen; deque eius argumento paruniper differamus. Quartum illud esse de hoc arguento pertractans, nota Δ titulo supposita fatis indicat; nec tamen ultimum esse constat tum ex eiusdem libri conclusione, quam videsis, tum ex illis, quae Col. VI & VII in se recipit, quae reliquo hoc libro minime praeflat, tum in primis ex Col. XXXVI, ubi ἔτερον βιβλον, si bene legimus, promittit. De Musica quidem perpetuo disputat, non tamen τεχνικῶς, sed φιλοσοφικῶς, & quidem secundum Epicuri dogmata, ut infra demonstrabimus. Nihil enim de Musicae artis praeceptis, nisi quid perfunctorie loquitur;

(40) Ipsa est, quae inter fragmenta extat Tab. I.

quitur; sed totus est in agitanda ea quaestione, num Musica laude potius, an virtutem sit digna? & num adeo utilis esse possit, uti veteres plerique exaggerabant, an potius per se ipsa ad mirificos pariendo effetti inepta, & saepe etiam periculosa? utpote quae aurum oblectamento unice sit comparata. Hanc scilicet alteram opinionem tuerit heic Noster e sua sectae placitis. Num vero reliqui libri adhuc delitescentes in Philosophico eodem argumento versati sint, an Musicam artem propius artigerint, hariołari non vacat.

XIII. Norunt prosectori eruditii antiquitus ea in re fuisse controversum, & non modo Philosophorum scholas, sed integras quoque nationes pro altera parte stetisse. Itaque licet Graeci sere omnes, & Barbarorum quamplurimi (inter quos primi enumerandi Hebraei) perdite Musicam amarent, eique mirabiles admodum adsignarent effectus, summoque prosequerentur honore; apud Aegyptios (41) tamen, uti noxia, animosque emolliens proscripta erat, nec non apud Garamantas, & Iberos, qui ob morum feritatem *μυστοι* prorsus erant: Opici vero & Lucani libidini admodum dediti, teste Aristide Quintiliano *de Musica lib. II p. 72*, & *αγενσοι πανταπαι των εκ μεσης καλων*, & qui bona e Musica provenientia nunquam deglaverant, eiusdem lenocinii erant αγαπηθοι. Spartani porro, & Romani, ctsi Musicæ usum in pluribus probarent, magno tamen honore Musicos minime afficiebant, ut Graecorum reliqui (42). Quod vero ad Philosophos attinet, ecquis ignorat quantum Pythagoræ, & Pythagoreis Musica debet, quantisque laudibus eam maestarent? Insofar omnium sit, quam adlegat Aristides *lib. I pag. 3* Panacmae Pythagorei orationem, qui aiebat: *εργον ειναι μεσης & τα φωνης μονον μερη συνισχν προς αληηλα, αλλα πανδ' οσα φωνης εχει, συναγειν τε και συναρροττειν, Musices negotium esse non tantum vocis partes inter se componere, sed quaecumque natura suo ambitu concludit, cogere & concinnare.* Nec minus Plato eiusque letoatores, & Peripateticorum schola Musicam praedicarunt. Vadem damus Plutarchum in *De Musica*, qui cum pluribus probasset Platonis in Musica peritiam, concludit: *ετι δε σεμηνη η άρμονια, η θειον τι, η μεγα, Αριστοτελης δη Πλατωνος ταυτι λεγει. Η δη άρμονια εινι θρανια, την φωνη εχοντα θειαν, η καλην, η δαιμονιαν:* *Quod autem harmonia sit quid divinum, & venerandum, & magnum, Aristoteles Platonis discipulus his verbis confirmavit: Enimvero Harmonia res est caelestis, eiusque natura divina, & pulchra, & Augusta. Stoici autem, si Fabio Quintiliano Institut. I cap. 10 credimus, non ita immodicii Musicæ amatores fuere, sed ab ea sapientem abhorre non debere adfirmarunt: Eius sectæ, scribit, quae aliis severissima, aliis afferrima videtur, principes in hac fuere sententia, ut existimarent sapientum aliquos non nullam operam his studiis accommodatueros. At vero Strabo, cum Stoicus esset (43), pœclare nimis de Musica opinatus est; libro enim X quatuor enumerat, quibus*

Papyr. Vol. I.

d

Deum

(41) Teste quidem Diodoro Siculo, qui *lib. I* scribit de Aegyptiis: Παλαιοτερα δε, και Μετικην & νους μου επη παρ αυτοις μαζεύειν.

(42) Musicam quidem Spartani vulgo discebat, teste Chamaeleonte apud Athenaeum *lib. IV cap. 1*: Χαμαλεων... Ακαδημουντις διοι και Θεοις πνευμα αιδειν μενδεῖν: & Plutarcho in *Lacon. Instit.* Επινέκων και περ το μελο, και των ψόν, idque ex Licurgi instituto, ut ibidem docet, quo nimis bellum ardorem temperarent: ο γχρ Δικηρος παρεῖδε τη κατα πολιουν αποκτει την φιλοσοφια, οπως τη ψυχη πολιουχον τη μηδειν κερτεον συμφωνιαν, και δρμην εχει: & Quintilianus *Instit. Orat. lib. I cap. 10*: *Licergus durissimum Lacedaemoniorum legum auctor Musices disciplinam probavit; ipfique prae omnibus veterem Musicam incorruptam servarunt, teste eodem Athenaeo lib. XIV cap. 8: διεπερτερα δε και μετοπι των Ελληνων Ακαδημουντις τη μετικη πλεον κυριον χρηματον.* Dicendum tamen eam potius ut ludicrum animis ingenuis temperandis relaxandisque idoneum, quam ut magni

per se momenti rem considerasse; siquidem Eudamidas apud Plutarchum in *Lacon. Apophrb.* interrogatus, qualis sibi videretur quidam eximius fidicen, respondit: μεγας καθεσης εν μηρο πινγυνι, magnus delinctor in re exigua: cunque aliquis convivio lyram inferret, ait: ου Δακονικον τη φιλοσοφη, non Laconum est nugari. Democatus item auditio fidicine, ait: ου κακος συνετει μη φιλοσοφη, non male mibi hic videtur nugari. Romani vero leviores etiam, & ingenuis viris parum dignam eam disciplinam duebant, uti videre est apud Nepotem, qui cum in Epaminondas virtutibus commemorare vellent, *saltasse enim commode, scienterque tibis canasse*, semel atque iterum se purgat, atque profiteritur: *bac ad nostram consuetudinem sunt levia, & potius contentenda;* at in *Gracia utique olim magna ludi erant.*

(43) Ut luculentus evincit Caphionius ex ipsiusmet Geographi verbis, dum ipsum illustrat; nec non Liphis in *Manduct. ad Stoic. Philos. lib. I.*

Deum colere homines queant Natura ipsa dictante, *ανεσιν feriationem*, ενθεοισασμον, divinitus immisum suorem, ιρυψιν μασικην, mysticum arcanum, η μεσικην, η περι τε ορχησιν σοα, η ρυθμον, η μελος, ιδονη τε άμα, η πολυτεχνικη, προς το Θειον ήμας συναπτει κατα τοιωτην αιτιαν, & Musicam, quae cum in faltatione, rhythmo, & cantilena versetur, voluptate, artisque varietate nos ea de causa coniungit cum Deo. Deinde subdit: Eu μεν γαρ ειρηται η τετο, τες αιθρωπες τοτε μαλισκ μιμεισθαι τες θεες, δταν ευεργετωιν· αμεινον δ' αν λεγει τις, δταν ευδαιμονωι. τοιωτοι δε το χαιρειν, η το έορταζειν, η το Φιλοτοφειν, η μεσικης απτεσθαι. Μη γαρ, ει τις εκπτωτις προς το χειρον γενηται, των μεσικων εις ήδυπαθειας τρεπονται τας τεχνας εν τοις συμποσιοις, η Συμεδαις, η συηναις, η αλλοις τοιωτοις, δικβαλλεσθω το πρχγυμα: Bene quidem dictum est, homines cum maxime Deum imitari, cum beneficia conserunt: rectius autem dicereatur, cum beate vivunt (eur Casaubonus ab obvia, & opportuna τε ευδαιμονειν significatione recedens explicare maluerit, numina recte colunt, ignoramus): id autem sit gaudendo, dies festos agitando, philosophando, Musicam traclando. Neque enim si in vitium res excidit, Musicis artificia ad voluptatem accomodantibus in conviviis, orchestrais, & scenis, & aliis ciuismodi, idcirco culpanda res ipsa est. Itaque mirum videri non debet, si in Stoicum eximium Musicae laudatorem hunc Philodemi librum conscriptum esse mox ostendemus. Epicuri demum (omitto enim Cynicos (44) humanorum omnium contemtores) dogma fuit, referente Laertio in eius Vita lib. X sec. 120: μονον του σοφον ορθως αν περι τε μεσικης, η ποιητικης διαλεξασθαι, solum sapientem recte de Musica, & Poësi differere posse. Quid autem his sibi verbis Epicurus voluerit (quod nostra interest) explicare nisus est Petrus Gassendus de Epeuri Ethica Tom. II pag. 25: Nimurum, ait, cum exsiliaret aut nihil, aut parum esse bonac frugis, quod ex iis artibus possum percipi; idcirco putasse videor sapientia de ipsis verba facturum, ut cum vulgo eas ceteri aut commendent, aut complectantur, ipse potius vituperet, declinandasque doceat; aut seponend certe pauca, quae retineri valeant, quod supereft, ipsas omnino eliminandas suadeat. Quippe quod Plato de altera, Poëtica nempe, spcciatum censuit, dum ex ea nihil aliud, quam laudes Deorum, virorumque fortium retinendas voluit, & cetera quod attinet, exterminandam penitus e Republica autumavit idem Epicurus de utraque censuit, hoc est etiam de Musica, quam corruptricem pariter morum bonorum reputavit. Quibus sane verbis Gassendus ab assequenda Epicuri mente parum aberravit, eaque cum Plutarchi testimonio conciliare belle potuisse, nisi quod Epicuri studio abreptus, Plutarchum illi impo- fuisse temere pronunciat, cum in libro Quod non potest vivi suaviter secundum Epicurum, scripsi: Μεσικη δε, οσας ήδονας η χαριτα διας Φερβοαν, αποσρεφονται η Φευγοι βελομενος ει αν τις εκλαλοιτο, δι' αποιαν εν Επικρος λεγει; Φιλοθεωρον μεν αποφαινων τον σοφον εν τοις διαποριαις, η χαροντα παρ' άντινοι ετεροι ακραμασι, η θεαμασι Δισυστακοις, προβλημασι δε μεσικοις, η κριτικων Φιλολογοις ζητημασι εδε παρα ποτον διδος χωρα, αλλα και τοις Φιλομεσοις των βασιλεων παραιων σρατηγικα διηγηματα, και Φορτικας βαωμολοχις υπομενειν μαλλον εν τοις συμποσιοις, η λογον περι μεσικων, και ποιητικων προβληματων περιμομενες· ταυτι γαρ ετολμησε γραφων εν ται περι βασιλειας, οσπερ Σαρδαναπαλω γραφων, η Να- ραται τω σατραπευονται Βασιλωνος τι λεγεις α Επικρε; κιθαραδων, και αυ- λητων έωθεν ακροασαμενος εις το Θεατρου βαδιζεις, εν δε συμποσια Θεοφραστ περι συμφωνων διαλεγομενος, η Αρισοζενε περι μεταβολων, η Αρισοφανες περι Ομηρω

72

(44) Quant a Cynicis Musica haberetur, id unum argumento esse potest, quod Laertius refert lib. VI de Diogene: απόδοσολγημενη ποτι οδης προσκη, επεβαλε περιπτω: αθροιθεντω δε ανθεισεν, οτι μεν της φλυκρες κοικυμενην απεδαινει, επι δε της απεδαινητην ολιγη-

ου, quem seria aliquando loqueretur, & nemo intenderet, canillare adgressus est: congregatis tum plurimis exprobravit, quod circa ineptos homines studiis concurreverent, seria autem negligenter.

τα ατα καταληψη ταις χερι δισχεραιναν, η βδελυττομενος οχ θμολογουσι δε τα καλα πολεμειν του ασπολον η ακηρυκτου πολεμον · ει δε μη ηδονη προσεσι τι σεμνον, η καθαριον ασπαζονται, η αγκαπωσιν: *Musicam vero (quantarum voluptatum & elegantiarum fertilem !) eos vitare & fugere equis volens reticere queat?* ita absurdia sunt, quae hac de re Epicurus tradidit. Pronunciat enim in quaestionebus dubiis spectaculis debere esse deditum sapientem, ludisque scenicis ceteros gaudere; sed Musicis quaestionebus, & eruditis criticorum disquisitionibus, ne inter pocula quidem locum concedit. Imo Regibus Musicæ studioſis auctor est, ut in conviviis narrationes militares, & importunas scurrilitates potius tolerent, quam disputationes de Musicis, & Poeticis quaestionebus institutas. Haec autem aūfus est scribere in libro de Regno, tamquam si ad Sardanapalum scriberet, aut ad Naratum Babylonis Satrapam Quid ais Epicure? Prima luce in theatrum progrederis, Citharoedos auditurus & Tibicines: in convivio, si Theophrastus de concentibus vocum differat, aut de mutationibus Aristoxenus, & Aristophanes de Homero, manibus aures occupabis indignans, & abominans? Nonne profitentur isti se pulchras adversum res bellum suscepisse nulla pace finiendum, nec indicium, qui nisi voluptas adsit, nihil purum, nihil egregium amplectuntur & amant. Quae Epicuri placita a Plutarcho relata minime contraria Laertio sunt, ut putavit Menagius citata Laertii verba commentans. Sapiens enim solus, aiebat Epicurus, de Musica, & Poesi recte iudicabit; idcirco quia solus praeclisis inutilibus quaestionebus, exinde voluptatem, cui unice sunt hae artes comparatae, decerpere noverit, in quo tota Epicuri consistebat sapientia. Epicurus igitur Poësim, & Musicam minime damnabat, sed eos ridebat, qui magnas ad animum informandum utilitates ex iis expetebant, cum oblectationem solam inde capere possent. Quo sensu interpretanda sunt Tullii verba, quae ex persona Torquati Epicurei habet *I de Fin.*: *An ille tempus in poëmatis evolventis confumeret, in quibus nulla solida utilitas, omnisque puerilis est deleclatio?* Eam quippe in iis artibus utilitatem, quae ceteris solidissima videbatur, Epicurus non inveniebat, sed *deleclationem*, quae tamen sibi erat solidissima. Hinc a Poësi exercenda, voluptatis gratia, minime eum abhorruisse, testis est Theon Sophista, qui hoc nomine ipsum reprehendit, quod proksam orationem carminum metro numerosam fecerit: cuius locum citat Menagius ibidem. At vero Plutarchi veritatem probat abunde nunc Philodemus. Ipsiſimus enim est eius scopus in hoc περι μουσικης tractatu. Quoniam probare nititur Musicam suapte natura auribus titillandis unice idoneam, atque hoc uno nomine commendandam, neque ad Divinitatem honorandam, neque ad animos commovendos, neque ad affectiones vel bonas, vel malas excitandas, neque ad mores componendos, neque ad fovendam virtutem hilum proficeret; proinde quaecumque admirabilia de illa praedecarentur vel rotunde denegat, vel Poëeos vi esse tribuenda contendit, vel alio quovis paeto explicare fatagit, & antiquorum testimoniis, vel aliorum Philosophorum auctoritati occurrere studet. Quin ino *Col. II v. 30* Φυσικωτατες adpellat eos, qui posthabitis de Enarmonico, & Chromatico genere quaestionebus iubent ex utroque, quod auribus sit iucundius decerpere, quippe cum putent nulli horum generum aliquid boni, quod ipsis tribuitur, naturaliter esse connexum; οι δε Φυσικωτατοι γε προς ακον εξ ἐκατερης δρεπεσθαι κελευονται, θδει αγαθων συναπτομενων θετερα προσεινται κατα ταυτη φυσιν αυτης νομιζοντες. Isti autem Φυσικωτατοι procul dubio sunt Epicurus, ceterique eius sectae Coriphæi. Patet hinc prosector eodem in argumento versatum suisse olim Epicuri librum, quem, Laertio teste, περι μουσικης scripferat, non quidem in tractanda, vel commendanda Musica; atque falsum suisse Ger. Vofsum, qui in *De Natura Artium cap. 58* de Epicuro sic scriptis: *Hic quoque de Musica opus condidit, ut apud Laertium est in decimo. Nec mirum, si, qui bonam fludiorum partem contemneret, is Musicen tamen honore eo dignaretur. Siquidem canus,*

& instrumenta musica non insimum obiinent locum in offerenda voluptate, quae pro summo bono erat Epicuro.

XIV. Ex toto autem Philodemi contextu adparet, ab eo certum quemdam alterius sententiae patrocinatorem in IV hoc volumine oppugnari; passim enim invenies: *ετος Φησι, λεγετ, εγραψεν, ενομισεν, οι ττω παραπλησιον &c.* ita ut adversarium κατα ποδα pseque videatur, quem procul dubio in libri exordio (quo caremus) suo nomine indicasse dicendum est. Quis autem ille fuerit, si quaeras, adserere non dubitamus eum ipsum Diogenem esse, quem nominat Col. XXI, & XXIII. Etenim Col. XXI v.19 cum explicasset, quo sensu sit accipendum, ab antiquis varia των μελων genera singulis Deorum fuisse adsignata, subdit irridens, non alium, quam Diogenem potuisse hoc sibi persuadere, alios Deorum alii cantibus fleti ac demulceri, & singulis propria convenire, ει μη Διογενης, ait, αρα συνεπιθετο η τω, των θεων έτερης έτερη μελη προσεισθαι, η πρεπειν έκαστοις ιδια. Quis enim alias foret Diogenes iste nullo agnomine distinctus, nisi ille, in quem disputationem, & quem propterea cum nominasset, non confutat; abunde enim ex antecedentibus confutatum credidit, praesertim cum eum unum in tam absurdita opinione fuisse diceret. Propterca subdit: η τι δει τ' αλλα Σαυμαξειν αυτα; verum quid interest alia iflius absurdia admirari? atque deinceps alia eius dicta eodem tenore persequitur. Luculentius id etiam evincitur ex Col.XXIII vers.2, ubi postquam de Archestrato verba fecisset, redit ad eundem Diogenem Heraclidis auctoritate fe tuentem: *άμεν τοι Διογενης Φησιν παρα νοησάντας ήμας αναγεγραμμένα παρ' Ηρακλειδη,* quae vero Diogenes ait adversus nostram sententiam scripta ab Heraclide. Quoties igitur invenies ετος Φησι, εγραψεν, ενομισεν &c. intellige Diogenem. Ne tamen putas totum Philodemi opus in hoc uno confutando scripторe fuisse veratum. Si enim ita foret, male inscripisset περι μελων. Et quidem Col.VI v.31 satis indicat se non in unum hunc philosophum stylum acuisse, cum se disputationum spondet προς της αλλας φιλοσοφης, cumque in huius libri conclusione scribit: *τοσαυτα τοι νν ειρηνως προς ά τινες εγκεχειρησι, cum iam tot tantaque dixerim adversus ea, quae aliqui tractarunt, &c.* Quare dicendum est, integrum eius opus duabus summis constituisse partibus, altera nempe, qua docebat secundum Epicurum, quid de Musica foret sentiendum; altera, qua adversus eiusdem magni nominis fautores differeret, inter quos nempe quarto hoc libro Diogenem praccipie confutat.

XV. Iam vero quisnam e pluribus eiusdem nominis Diogenes iste fuerit, inquirendum. At vel nulla de huiusmodi Scriptore ad nos antiquitus fama pervenit, vel non aliis est, quam Diogenes Seleuciensis, dictus vulgo Babylonius secta Stoicus, de quo Laertius in Cynici Diogenis, & pluries in Zenonis vita; qui non multo ante Philodemum floruit; quemque cum honore citarunt Tullius (& quidem saepe), Quintilianus, Seneca, Gellius, Philo, Lucianus, Plutarchus, Strabo, Athenaeus; cum ipsum, quem cum Romam ad Senatum, Populumque legassent Athenienses simul cum Carneade Academico, & Critola Peripatetico, *imperatum, ut multam remitterent, quam fecerant propter Orapi vastationem, ut refert Gellius Noct. Att. lib. VII cap. 14, modesti & sobrii oratoris laudem apud Romanos reportavit* (45). In hanc autem sententiam ea de causa descendimus, quia Philodemi adversarium Stoicum fuisse deprehendimus. Etenim Col. X scribit: *και μην τι δ' όπο των Στωικων αξιεμεν, οτι μην ει μυρια αλλα των μηδεν αγαθου παραπεικαζοτων;* & sane numquid secundum Stoicos dignitatem (Musicae) tribuerimus, eo quod innumera sint alia, quae nihil

(45) Teste eodem Gellio l. c. *Violenta, inquietum, & rapida Carneades dicebat, scita & terrena Critolaus, modesta Diogenes & sobria.* Floruisse autem Diogenem M. Catonis aetate & ex Tullio de Finibus II, & de Senectute palam fit (ait enim Lasium fuisse eius auditorem);

& Gellius lib. XVII cap. 21 docet: *Non nimium longe M. Cato Orator in civitate, & Plautus Poeta in scena floruerunt: iisdemque temporibus Diogenes Stoicus, & Carneades Academicus, & Critolaus Peripateticus ab Atheniensiis ad Senatum P. R. negotiis publici gratia legati sunt.*

nihil boni adferunt? & cetera ibidem, quae manifeste doctrinam sapiunt Stoicam; & Col.XXI v. 2 : διοτι κατα της Στωικος οι πολλοι Θεοις ουτες εχθροι, η ανοητοι, τας αληθινας τιμας των ιερατισμων 83^o ανεροπολημασιν, propterea quod, cum secundum Stoicos maior hominum pars sit Diis inimica, & Julia, veros praestantissimae naturae honores ne somniarunt quidem. Quibus in locis, ni fallimur, vel Stoicorum doctrinam irridet, vel ea idcirco utitur, ut ipsa Stoicum confodiat; secus nunquam ea fuisse abusurus adeo religiosus Epicuri discipulus. Columna vero VIII vers. 32, cum de Orphei saxa & arbores demulcentis fabula verba fecisset, deinde concludit: αλλα τοις τριπροσωπαις, ωσπερ δ Στωικος, αγαμενας εφεσωτα ποιωμεν οικοδομοις; quae sic vertenda duximus, ut sententia cum reliquo contextu consonet: *An igitur aedificatoribus imponamus hominem, qui cum tibicinibus perpetuo illis praesit, uti Stoicus putat?* Quis autem alias esse potest hic Stoicus, nisi adversarius, cum quo conreditur, quemque saepe innuit pronomine *αυτος*, quandoque nomine suo *Diogenis*? Ad haec Stoicorum κοριφαις non uno loco vellicat, ut Persaeum Col. XIV, v. 13, & Cleanthem Col. XVIII, v. 1. Et alibi, ut Col.IX, Stoicorum παραδοξα suo adversario adscribit. Ad summam eam, quae ingens usq[ue] exarsit inter Stoicos, & Epicureos invidia, & obtructatio, passim prodit.

XVI. Et sane novimus a Stoico isthoc Diogene librum fuisse conscriptum, cui titulus περι Φωνης τεχνης (46), quem sicuti verisimile est de Musica, eiusque mirabilibus effectibus pertractasse, ita eundem a Philodemo fuisse oppugnatum non temere suspicamur. Etsi enim, quae de eo libro in Zenonis vita adserit Laertius, ad dictio- nem potius pertineant, quam ad cantum, & Grammatica sint potius, quam Musica; credibile tamen est Diogenem, incipiendo απο τη περι Φωνης τοπ8, totam διαλεκτικην θεωριαν absolvisse. Siquidem Dialetica (ut a Laertio ibidem discimus) secundum Stoicos late nimis sumebatur; dicebant enim ειγαι της διαλεκτικης ιδιου τοπου η του προειρημενου περι αυτης της Φωνης, εγ φ δυκυνται η εγγραμμatos Φωνη, η τινα τα της λογις μερη, και περι σολοικισμος, η βιζβαρισμος, η ποιηματων, η αμφιβολιων, η περι εμμελες Φωνης, η περι ΜΟΥΣΙΚΗΣ: esse dialecticae locum proprium & supra dictum de voce ipsa, in quo differiunt, quae si litterata vox, & quaenam sint orationis partes, nec non de soloecismo, de barbarismo, de poematis, de amphiboliis, de canora voce, & de MUSICA (47). Et re quidem vera Diogenes, Laertio teste, definita prius voce το ιδιου αισθητον ακον; tum ad λεξιν definiendam, deinde λογον, & διαλεκτον gradum facit: mox de quatuor & viginti elementis, de eorum divisione, & recta pronuntiatione loquitur: cxinde ad enumerandas orationis partes pertransit, deque eius orationis virtutibus, & vitiis pertractat. Post haec autem Laertius nos deserit; non enim id agit, ut Diogenis libri indicem prodat: at-

Papyr. Vol. I.

e

tamen

(46) Hunc librum fortasse non ignoravit Origenes, qui lib. II contra Celsum sic scribit de voce differens: ειπε δε λεγω, ότι ει πάντας ειναι αιρ παπακέμπον, η πληγη κεστος, και οπι ποιητην ει της περι ουνης. Duo enim fuere libri Stoicorum περι φωνης, alter Diogenis, Archedemi alter ab eodem Laertio citatus.

(47) Diogenis librum περι φωνης τεχνης Dialetica transalpina dubitate non finit Laertius, qui lib. VI, sect. 55 si incipit: τοις δε διαλεκτικης θεωριας συμφωνω δοκιμα τοις πληγοις απο τη περι φωνης οικειοτηταις ειναι δε αυτη αιρ παπακέμπον η πληγη κεστος ακον; Ι εις οπι Διογενης διεργωνται ει τη περι φωνης τεχνης: *Voxum Dialecticas speculacionis ratio videtur iopham plenissime a vocis loco incepunda. Est autem vox ab illis, seu sensu, quae proprie auditum adficit, ut ait Diogenes Babylonius, in de vocis arte. Id autem didicerat Stoicorum Princeps Zeno a Xenocrate, quem decem annis, telle Timocrate apud Laertium, audierat. Xenocratem enim, ait Porphyrius Comm. in Itolem, το nomine quasdam non immixtum reprehendit,*

quod cum suscepitis de rebus Dialecticis tractationem, a voce inchoaveris; cum bi existimant ad res Dialecticas nihil attinere vocis definitionem, quod sit motus aëris, nec postea eiusdem distributionem, quod sit in voce aliud quidem, prout ex litteris componitur, aliud prout ex Dialeticis, & Porphirii, quippe hinc sive omnia a Dialectica aliena, δι ταυτη γινεται επιπληκτικη της διλογων Χανυκηπ, οπι εγχωριατης οπερ τη διαλεκτικων πραγματων, απο ουνης αρχητης, κλει οιμενης ειπε τη διαλεκτικη της της φωνης ασφαλισμον, οπι ειπε αιρ παπακέμπον: ειδε τη μετα ποιητη διαστον, δι της ουνης το μετα τοπον, οιον ει γραμματου συγκεπται το δε ποιητη, οιον ει διαστον τη και φοργυων ποιητη γρα φωνη ποιητη της διαλεκτικης. Tantumdem erat igitur Stoicis διαλεκτικη τεχνη, quam δ περι φωνης τεχνη. Hinc non levius obitur suspicio Laertium, cum sect. 71 scribit: δε Διογενης ει τη διαλεκτικη τεχνη, non alium ab altero περι φωνης immure librum, ipsique titulum fuisse: διαλεκτικη, η τεχνη φωνης τεχνη, Dialectica, vel De Voce Ara-

tamen quis negaverit hunc suae sectae institutis obsequendo, post illa *de poëmatis, de canora voce, etiam de Musica* suisse loquutum? Neque porro ab antiqua Musices tratione alienum erat de litteris, earumque divisionibus, de syllabis, & earum quantitate, de pronuntiatione, aliisque id genus ediscere; siquidem μετρική ab eorum Musica erat inseparabilis. Itaque videmus Aristidem Quintilianum bene longam libri I *de Musica* partem in hisce pertractandis insumisse. Et Plutarchus in initio *Disl. de Musica*, scribit non modo Platonicos & Peripateticos de veteri Musica, deque eius corruptione scripsisse, ἀλλα γαρ η γραμματικων η ἀρμονικων οι επ αγον παιδειας εγχρωτοτες, sed etiam Grammaticorum & Harmonicorum doctissimos. Grammatica igitur a Musica non erat aliena. Per nos igitur concludas licet, non alium librum in hoc Philodemi volumine impugnari, quam Diogenis Seleuciensis vulgo Babylonii, secta Stoici, inscriptum περι Φωνης τεχνη, in quo scilicet nimius fuerat Musicæ laudator. Atque utinam vel Diogenis liber non omnino periret, vel Philodemus non sibi persuasisset, eum lectoribus suis usque praefecto futurum, ut nos incredibili levasset labore! Is enim adversarium suum κατα ποδα perseguens aenigmaticus saepè evadit, & magnum nobis negotium facessit, qui brevissimas eius responsiones ignorantis Diogenis argumentis aptare nunc cogimur.

XVII. His accedit, quod nemo inficias iverit, tumultuarium huiusmodi scriptum fuisse, ita ut potius σχεδισμη dicendum sit, quam opus ad limam exactum; festinationis enim plenum, & inconcinnum lectores facili negotio agnoscunt; neque cam elegantiam, quam in hoc Scriptore prae reliquis Epicureis laudavit Tullius, inibi licet invenire. Itaque illud publicae lucis usura minime donatum ab auctore suspicamur. Idque prosector arguit Aristidis Quintiliani diligentissimi Scriptoris silentium, qui licet non multo post floruerit (vixit enim Plutarchi aevo) nullam tamen de tanti nominis Philosopho mentionem facit, cum Musicam commendare instituisse. Quin imo ei nullum innotuisse librum, qui directe in Musicam scriptus foret, arguimus ex eo, quod ait *Lib. I* initio, se scilicet ad scribendum fuisse incitatum *molorum segnitia, ut discerent qualam disciplinam per summum nefas contemerent, εψε, scribit, δ' επηρησε επιχειρουσι τη συγγραμματι ματισα μεν η των πλεισαν περι το πραγμα ολιγωρια επιδειξη προηρημενον, οιον μαθημα ε προσηκοντας δι' ατημας αγεσι, & paullo infra: οι δε πολλοι και ταυτα παρ' 8δεν τι θενται τη εξ αργιας, και απιδευτας ηδονη της μετα λογια και οφελειας προτιμησαντες, sed multitudo haec etiam flocci facit, quae voluptatem otio & ignorantia comparatam illi, quae cum ratione & utilitate coniuncta est, praeponit. Quibus sane verbis non de veteri ullo magni nominis Scriptore, sed de sui temporis hominibus tantummodo eum queri manifestum est. Infra vero pag. 69 & 70, ubi plures ait Musicæ maledixisse, putantes unicum eius scopum comparandae voluptatis fore; cum contra ipsa non nisi δια συμβεβηκος per accidens animos recret, & ad virtutem capessendam proprie impellat; inter illos peculiariter Tullium nominat, qui in suis Politicis quemdam induxerat, qui ea de causa Musicam & Republica exigebat; & propterea ipse multis probat eam sententiam minime Romano Oratori sedisse, utpote qui alibi alter de Musica sentire declarasset. Quod ipsum nobis argumentum est Aristidem minime Philodemi opus novisse. Nam cum Philodemi accusatio haec ipsissima sit, si eius librum nosset Aristides, huius potius directe in Musicam scribentis, quam Tullii non id agentis auctoritatem declinare fatigisset; imo primum ei fuisse inserre, Tullium eo in loco Philodemi verba mutuatum esse, ut suo interlocutori accommodaret; quod nos a vero minime abhorrente putamus.*

XVIII. Si igitur hac in re coniecturis indulgere licet, censemus id genus scripti in auditorum suorum, & fortasse in ipsius Pisonis filii usum fuisse a Philodemo concinnatum; excepisse autem, & litteris commendasse vel Pisonem ipsum,

vel potius a manu aliquem eius servum , qui nec Graecus homo , nec satis excutus , & elegans foret ; utpote qui multa peccavit infelicia , multa aurium hebetudine , multa etiam oculorum halucinatione . Nam aliunde certis constat in dictis hoc volumen partim aliquo dictante exceptum , partim ex αυτογραφῳ exscriptum fuisse . Equis enim Latini hominis infeliciae Graecum dictatum excipientis non tribuat σφαλματα illud , in quod toties incidit , ut passim scriberet ει pro ι , & ει pro η , vel contra ? ut adscriberet supervacaneum & post ω in tertii singularis imperativi , uti e. g. λεγεσσω , & alia id generis errata , quae partim emendata , partim omissa in ms. leguntur . Huiusmodi , ni fallimur , σφαλματα , uti manifesto sunt indicio nullam , vel fere nullam in pronuntiatione fuisse tunc temporis differentiam inter ι & ει , inter ει & η , inter ω & ω , sic imperitam Graeci sermonis in librario arguunt , qui uno aurium iudicio , non grammaticis legibus in scribendo ute-
retrur . Illa vero alia , ut e. g. pro καθελκονταν scriperit καθηκονταν Col. IX , nonne hebetes aures , quae aliud pro alio verbo dictatum acciperent , arguunt ? In multis praeterea hallucinatum esse oculis dum transferiberet , non uno loco repetita κομματα , (quoties scilicet ei fraudi fuit cadem dictio recurrens) declarant ; quae ut emendaret , uncis repetita inclusit , uti videre est Col. XX & XXXVI .

XIX. Atque haec quidem tolerabilia : quot vero verba , & κομματα resecuerit , quis divinare audeat ? Profecto non uno in loco hiatus adpareat , sensusque claudicare videtur . Quomodo ea nunc , nisi hariolando , supplebimus ? Visuntur quidem frequentes in ms. emendationes : modo enim punctis confixa occurunt elementa , quae superflua sint , & expungenda ; modo aliae alii in intericto spatio linearum impositae literae cernuntur , quod vel argumento est inferioribus deletis superscriptas esse retinendas , vel in infracripta dictione illas esse inferendas ; modo uncis (ut diximus) integra commata conclusa sunt , quae scilicet iterum fuerant repetita . Huiusmodi tamen correctiones neque αυτογραφον hoc volumen indicant , neque ex auctoris recensione factae esse videntur . Id autem arguimus tum ex eo , quod & nullae sint liturae , quae frequentes sunt in aliis , quae αυτογραφα censemus ; tum quia correctiones eodem charactere factae adpareant ; tum vero in primis quia emendata aliquot conspi-
ciuntur , quae stare sine vitio poterant : quod procul dubio servilis manus indicium est , quae omnia quaecumque non penitus cum αυτογραφῳ convenientia occurrerunt , emendavit . Vide quae adnotabimus ad Col. XVIII . Quid vero quod plura emendatio-
ne digna intacta corrector iste reliquit ? Equis igitur huius hominis diligentiae penitus fidat , & nihil ei inter scribendum intercidisse putet , quam quod suppletum vi-
deat ? His adde , quod ubi plura verba , vel integra κομματα rescēta forent , alius non erat supplendi modus , quam imae pagellae adscribere , uti in citato volumine των ὑπομνηματων περι ἐπιτριψις factitatum cernimus . At in nostra hac papyro , cum in-
ferior margo pessime admodum habita sit , fuerint , nec ne huiusmodi additamenta , quis noverit ? Sed de his suo loco Lectores monebimus .

XX. De scripturae autem ratione , deque notis , quae hoc in volumine occurunt , satis superque in praecedenti volumine differimus .

XXI. Reliquum iam est , ut , quam operam in hoc volumen contulerimus , lecto-
res moneamus . Principio singulas eius columnas quam fidelissime aere incidi cura-
vimus , quae autographum eadem mensura , iisdem characterum formis , unoque , uti
iacent , contextu , iisdem notis , punctis , litteris , interstitiisque deformatum exhibeant , quin imo iisdem lacunis , scissurisque , quibus vel olim incendii vis , atque domus ruina , vel modo in ipsis evolvendis contrectatio tam fragilem materiem affecit .
Tum e singularum regione integrum eius contextum minusculis vulgatisque char-
acterum formis expressum adposuimus , sed eodem versuum numero , ut facillime in
opposito autographo respondentes invenirentur , distinctisque de more per interstitia
voci-

vocibus, nec non conimatis, & periodis per confuetas recentium librariorum notas. Supplevimus praeterea de nostro litteras, syllabas, voculas vel detritas, vel aliquando etiam *ποργαφεως* oscitatione depravatas, easque rubrica pinxit, ut primo statim intuitu lector inspiciat, quid de nostro sit penu; & facili negotio per se ipse investigare queat, bene ac feliciter coniectaverimus, nec ne. Emendationes enim, & supplementa ea tantum adscriptissimus, quae prono veluti alveo fluenter, & res ipsa postulare & indigitare videretur: liberioribus vero coniecturis frena prorsus iniecinus. Persuasum enim nobis est eruditos lectors veterem Scriptorem propriis, non alienis verbis sua sensa promentem praestolari. Proinde cum in eas lacunas incidiimus, quae non lectoris sagacitatem, sed Delio urinatore indigerent, intactas reliquimus; & licet, quid sententiae restituendae desit, subdorari facile fuerit, verba tamen, quae nostra omnino forent, non Philodemi, adscribere pepercimus. Secus vero Latinam versionem adiunxit, quanto magis κατα λεξιν fieri potuit, adornatam, dum utriusque linguae indoles pateretur. Si quando autem a littera recessimus, id ea de causa factum est, ne nimium fidelis versio, infidelissima evaderet, uti huiusmodi rerum periti probe norunt. Integrum porro versionis nostrae textum capitibus pro materia ipsa distinximus, numero, & argumento in margine adscriptis, ut & textus integer ad autographi formam servaretur, & lectorum commoditatii inseruiremus.

XXII. Singulis porro Columnis scholia respondentia adscriptissimus, in quibus adnotare non piguit, quaecumque ad textus dilucidationem forent idonea, adhibitis praesertim veterum Scriptorum parallelis locis, ut Auctoris mens fieret clarior, & nostrae coniecturae idoneo tibicine fulcirentur. Quo tandem grandiorum lacunarum hiatui aliquo pacto mederi possemus, ad calcem libri commentario singulis capitibus adiunxit, inibique breviter proponentes, quæ foret Philodemi mens, qui scopus, quaeve ita scribendi occasio, integrum totius capituli παραφρασιν fine ulla textus interruptione subposuimus. Quae enim *cursivo*, ut vocant, charactere interscripta invenies, illae nostrae sunt laciniae, quae multilo textui adfusae continentem sententiae nexus exhibere posse coniectando adstruximus. Eo quidem pacto neque violentas textui manus iniecisse accusabimur, neque lectores omnino in falebroso itinere destituisse videbimus.

XXIII. Explanatis tamen iis, quae ad plenam textus intelligentiam faciunt, controversiam ipsam intactam reliquimus; nec enim nostra interesse credidimus inter Stoicum, & Epicureum iudices pro tribunali sedere. Praesertim cum utrinque peccatum esse constet, & quaestiones limites non recte, uti plerumque inter partium fautores fieri solit, fuisse praecisos. Bene autem & sapienter pronuntiassæ Aristoxenum putamus, plerosque eo, quod Musicam minus cognoverint, nimios tam in vituperando, quam in laudando fuisse. Sic enim ipse apud *Meib. p.31: γινεται γαρ ενιοτε εφ' ἐκατερας αμαρτια.* Οἱ μεν γαρ τι ὑπολημβάνουσιν εἰναι το μαθημα. ή εεοσθι ενιοι (lege αυτοι) μεν οι μονοι μεσοικοι ακεσαντες τα ἀρμονικα, αλλα βελτιες το ηθος παρακεκυτες των εν ταις δειξεσι λογιαν, δι τι πειρωμεθα ποιειν των μελοποιων ἐκαστη, ή το διον της μεσικης, διτι ή μεν τοιωτη βλαπτει τα ηθη, ή δε τοιωτη αφελει. τύπο αυτο παρακεκυτες, το δε διτι ιαδ' διον μεσικη δύκαται αφελει 83' ακεσαντες διλως. Οἱ δε παλιν, οις εδεν, αλλα μικρον τι, και βιβλομεγοι μη ειναι απειροι, μηδε τι ποτε εσιν· εδετερον δε τετων αληθες εσιν. Ουτε γαρ ευκαταφρονιτου εσιν ής νυν εχει το μαθημα, ετε τηλικτου, οιςε αυταρκες ειναι προς παντα: Quippe in utramque partem saepe peccatur. Nam quidam magni momenti esse hanc disciplinam putant: & hi quidem non tantum se Musicos fore putant, cum harmonicae tractatores unice audiverint, sed moribus etiam probatores crasifuros, ubi demonstrationes vel obiter auscultaverint, cum eiuslibet conficiendi cantus modum tradere conanur, &, quod


Musi-

Musices est praecipuum, cum docemus, quaenam Musica moribus obfit, quaenam vero proficit: hoc, inquam, ubi obiter auscultaverint, quantum vero Musica in genere prodiffe queat, ne auscultaverint quidem. Alii contra nihil rem, aut parvi certe momenti quae sit, agi consent: neque rudes se tamen tantillae rei haberi volunt. Neutrum autem horum iudicium veritati consonat: neque enim, ut se nunc habet huiusmodi disciplina, facile contemni debet: neque tanta est, ut quemadmodum aliqui putant, ad omnia sit sufficiens.


XXIV. Non absimili certe ratione minime desuturos, qui nostram hanc qualecumque operam in hoc volumen illustrandum collatam veluti nimiam in re inani vituperent, quosdam etiam, qui modicam & nimis ieunam traducant, arbitramur. Nobis autem satis superque erit, si perpauci harum rerum iusti aestimatores suis calculis non improbaverint. Adversus enim innumeros sciolorum istos, qui linguam in quaestu conferunt, efficacissimum fors fortuna obtulit amuletum, literatam scilicet gemmam, quam inter pretiosissima Regii Herculaneensis Musici κειμήλια merito adservamus, cuiusque typum in huius praefationis calce aere expressum vides; hac enim praefulget sententia: ΔΕΓΟΥΣΙΝ Α ΘΕΛΟΥΣΙΝ ΔΕΓΕΤΩΣΑΝ ΟΥ ΜΕΛΕΙ (48) ΜΟΙ. DICUNT QUAE VOLUNT. DICANT: MEA NON INTEREST.




(48) In gemma utique legitur ΜΕΛΙ, quod non tam credimus ob loci angustiam, artificis imperitia, quam breviationis gratia factum.



Innumerā Graecorū Auctōrum testimoniā , quib⁹ necessario huiusmodi opus p̄fissim⁹ inſtruendum , latīna , ut vides , verſione donare operaे pretium duximus , ne quādū inter legēndū haſtarent , quib⁹ Graecorū lingua non ita eſſet familiaris . Id fāctū nemo ſane vel ἔλληνικατάτος improbabit ; at fortatſe quaeret , quib⁹ potiſſimum verſionib⁹ uſi ſimus ? Teneat igitur nos ceterae legi obnoxios ultro fieri noluifſe . Idcirco ſaepe in exſcribendis Auctōrum testimoniis probatas ſimul ſub oculis verſiones habe-cum , libenter eas quoque adſcripſimus ; non ita tamen ſervili manu , ut nonnihil im-mutare , quo vel fideliores , vel clariores evaderent , religioni duxcrimus . Interdum vero , ubi vel verſio e regione non eſſet , vel nobis non probaretur , proprio marte adornavíimus . Id te monitum , optime Lector , volcbamus . Vale .






ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙΜΟΥΣΙΚΗΣ

P H I L O D E M I

D E M U S I C A

IV.





C O L U M N A I.

μεθη και π ανθρωπον τους
μεσικους τε , και φιλομ-
σης κ οπον εχειν , και πουειν
εις παραδοχην της εισχη-
5 μονος τε , και φορτικης κι-
νησας οικειας υπαρχε-
σης , αλλ' ε το αυτιστροφον ,
ουδ' εδειμαχη ευρισκειν
μεσικην ηθων γεγα-
10 στητα , και σπεδην εμποι-
εσκυν , ωσ' εδει συνεφελ-
κομενην τας φυχας δια-
των ε πιτηδευματων , εδει

15

20

25

30

35

40

45

ebrietate & satietate (auditorum) CAP. I.
Musicos , & Musicae studiosos (fa-
cetur) labore , & molestia adfici , ut
adsequantur tum pulchram & deco-
ram animi motionem , tum etiam
asperam & molestam , quae sit pro-
pria , & temporibus opportuna ; sed
non , quod ex adverso respondet , sci-
licet omnino nullam eos invenire
Musicam , quae morum nobilitatem ;
& diligentiam in animos ingerat , &
proinde nec quae animos contrahe-
re valeat secundum opportunitates ;
neque

Nullam ef-
fe Musicam,
quae ad a-
nimos infor-
mandos sit
idonea .

Itaque tum ea , quae Musici sunt ,
tum ea , quae Poetae , inventa si-
mul fuere ope eius potentiae , qua
fensus possent , percipiendi qualita-
tes , quas adcepint , nec non oble-
stationes , & molestias , quae inde
orientur ; potentiae , inquam , quae
partim ingenita est , partim studio
comparatur . Ex ingenita enim , &
inrationali sensuum potentia ille pot-
tius ipsius Musicae virtutis robur
aestimat , quam e scientifica : quippe
cum eam magis evidentem , ma-
gisque parabilem reputet . Hoc au-
tem inrationale , & patens addo ,
quod evidenter praeditum Epicurus
ait , vulgo quidem receptum est .
Etenim qui in eadem ferme sunt
haeresi , non modo sensum , quan-
tum ad suam adtinet dispositionem ,
nequaquam inhabile

sub-

Quantum ab hoc volumine temporis iniuria defectum sit, plane nescimus. Ipsum tamen argumentum, quod heic Philodemum tractare reprehendimus, an scilicet Musica detur informandis animis idonea? nobis est indicio non multum a libri exordio distare; uti in Commentarii Cap. I docemus.

V. 1. καὶ πλησμονή) Qui & antecedentem vocem μεθή, & sequentis reliquias attente consideret, nobiscum procul dubio conveniet ita esse legendum. Quid autem heic sibi vult ebrietas & satietas? Id utique eo respicere remur, quod Philodemus referat Diogenem Stocum saceri suo aevo pro Musices nimietate, & corruptione, veluti ebrietate & satietate quadam hominum aures, animosque teneri; atque hinc fieri, ut Musici infundarent iis modis inveniendis, qui vel decoros, vel asperos & adrogantes mores in animos insinuare valerent. Quod ni placet, punctum adponit post πλησμονή, ut praecedenti κομματi amandetur: sic nostra minime intererit, quo illa spectent, divinare.

V. 2. μετικες τε) In αὐλογράφo legitur ΔE; sed cum super Δ adspiciamus adpiētam transversam lineolam —, ducimus eam ab amanuensi idcirco adpositam, ut indicaret illud δε in τε esse refingendum.

V. 3. κοποι εχει, και πονων) Eam iure veteres & nobiliorem, & difficiliorem censebant Musicorum spartam, invenire scilicet, quibus modis propria responderet in auditorum animis motio vel nobilis & decora, vel inhonestā & turpis, ut iis opportune uterentur, praeципue ut in adolescentium animis decentes affectus excitarent. Hoc autem, ut magni erat molimini, ita non levi labore adsequi posse ducebant. Hinc Plutarchus in *De Musica*: ειτ' επιτη τοι παιδεύσιον της μετικης τρόπου ΕΚΠΟΝΗΣΑΣ, τυχοι επιμελειας της προστηκοντος εν τη τε παιδος ἡλικιᾳ: οὐ ille igitur, qui in excolendo illo Musicae modo, qui ad institutionem conductit, ADLABORAT, convenientem sibi impensam diligentiam in prima aetate natus fuerit. Quod autem haec omnia usq[ue] ad Col. V παιδεύτικη Musica respiciant, apertissime indicat Philodemus, cum tandem ibidem v. 13 sic concludit: επει δε αποχρωνται και περι τη δια μετικης παιδευσας λελεκται, περι των εγκωμιων αυτα ταυτα ειπωμεν: quoniam vero sufficienter de institutione per Musican disputatum est, de Encomiis eadem dicamus. Itaque & vocum reliquiae, & sententiae opportunitas ad huiusmodi supplementum nos manduixerunt.

V. 4. εις παραδοχην) Quomodo heic adcipienda sit vox παραδοχη, ex Aristidis Quintilianni apud Meibomium pag. 19 pene gemella Φρατι discere licet; ait enim: επαρμονον παρα τοις επιφανετοις εν μετικης τέλυχης παραδοχης, quae verba Meibomius quidem reddit: Enarmonium genus inlustrioribus tantum Musicis, est receptum; & Wallius in versione Bryennii (qui Aristidis verba more suo compilans (*), propria facit in Harmonicorum II)

Mu-

(*) Quoties, optime Lector, ad Manuelis Bryennii testimonia nos provocare offendes, ne, quaeo, putes nos temere eius testimonio, qui tam fero (sub Palaeologo scilicet circa A.C. 1320) floruit, ad elucidandas veterim Scriptoris sententias contra omnes criticas leges abuti. Tres enim *Harmonicorum* libri, qui eius nomine inscribuntur, non aliud re vera sunt, quam veterum fere omnium Musicae scriptorum non incepta confarsacione; ut ipsem Auctorem in operi initio aliquatenus fateri non erubescit. In iis enim totidem saepe verbis transfusa legitim bene longa & Aristidis, & Euclidis, & Nicomachi, & Theonis Smyrnæi, & Porphyrii loca; ita ut reliqua omnia a veteribus, qui non amplius extant, Musicae Scriptoribus etiam suisse expitata fine calumniae nota, suscipi cari licet. Et quidem plura, tamquam de suo interserit, quae & a Theone, & a Porphyrii adscribuntur Adrastio Peripateticō, culis libri lampredem periere. Re quidem vera vel in huiusmodi *Harmonicorum* libris nihil fere, quod non vetustioribus libriceptum sit, inesse, vel potius eorum Auctorem longe Bryennio antiquiorem fateamur necesse est. Ecquis enim in animum temere induxit nuperimum Graculum facculo XIV florentem de veteri Musica adeo præcise scribere potuisse; cum scilicet ea penitus deperierat (ut in Scholio ad Col. II v. 15, 16 demonstrabi-

mus), eiusque restitutio, qualem hodie habemus, iam accepta Guidoni Arctino debebatur? Hic tamen Scriptor de huiusmodi reliquie faeculo & amplius ante facta ne verbum quidem habet, de veteri vero Musica sic confidenter loquitur, ut Aristidis Quintilianni verba, qui procul dubio ante IV Christi facillum floruit, rūtuari non dubitet, quasi suo aevo eodem in statu Musica permanerit. An Enarmonium Musicae genus, quod Photio teste (Videis citatum Scholion ad Col. II) faeculo iam VII disparuerat, uni Bryennio post tot faeculorum intervallum innotuisse dicemus, rursus post ipsum ex hominum memoria dicendum? Credit *Judeus Apela*. Quid vero, quod nulla in eo Christianismi notâ adaptari? Hisce sanè de causis suplicio oborta nobis erat sub Bryennii nomine ipsum Adrastum Peripateticum delitescere, prout nostras Farnesianae Bibliothecæ codex ms. indicaverat. Is enim inter alia continet tres *Harmonicorum* libros, qui Bryennio vulgo adscribuntur, cum hoc titulo: ΑΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΠΕΡΙΠΑΤΗΤΙΚΟΥ ΑΡΜΟΝΙΚΩΝ ΔΙΒΑΟΙ ΤΡΕΙΣ. Atque is est codex ille, de quo sic Fabricius in sua Bibliotheca: *Adrasti Peripatetici Harmonicorum libri tres*, quos in Bibliotheca Cardinalis a S. Angelo, quae deinde fuit Cardinalis Farnesi fratri servatos testatus est *Scipio Teitius Neapolitanus* indice librorum nondum editorum, quem Bibliothecas mss. lib-

bre-

Musica receptum obtinet; nos vero potius vertendoa ducimus: vix adsequi contingit; subdit enim: tois de πολλοις εγν adūvāloī, multitudini autem est impossibile; non sane quia plerique non recipiant, sed quia illud adsequi suarum aurium hebetudine non valent. (Vide quae adnotabilius in Schol. II v. 15, 16). Haec autem παραδοχή ευσχημοτε, και Φορίκης κινησις οικειας υπαρχησι, h. e. adsecurio decorae, & indecorae motionis, quae propria sit & opportuna, fundamentum procul dubio erat Musicae παιδευτικης. Proinde alii verbis id ipsum postea insinuat Col. III v. 5., & seq. cum ait Musicum frustula venari eam scientiam, quae nusquam est, η δυνησις ειληγωσκειν, αι ποιαι των αισθησων πως διεπησονται, qua poterit diognoscere, quoniam pacto certae quedam sensuum affectiones excitantur. Atqui Plato talem subponit scientiam lib. III De Republica, cum vehementer obserendum inculcat: τινες ρύθμοι αγέλενθεις, και ιύβρεις, η μανιας, και αλλης κακιας πρεπεσαι βασεις, και τινες τοις εγκατοις ληπτειν ρύθμοις, quinam pedum motus, clausularumque rationes sint propriae, atque accommodatae in liberalitati, contumeliae, furori, & aliis vitiosis affectibus, quicve moduli contrariis congruant. Atque hanc profus scientiam tradere conatur Aristides lib. II De Musica, ubi post multa sic pag. 97 concludit: περι μεν δη των μελων ταυτα, ον τα μεν αγράθη και κοσμια προς παιδευον, τα δι αλλοισια προς τινας αναγκαια ψυχαγωγιας: atque haec de canibus, quorum qui viriles sunt ac decori, ad institutionem, qui ab his diversi, ad quasdam animorum oblectaciones necessario recipiuntur.

Ibid. ευσχημοτε) Non aliter restitui posse decursum μοιο videtur. Την ευσχημοσιην procul dubio animis Musicam ingerere posse veteres putarunt. Sic Plato De Repub. lib. III: μαλισα καλαδεια εις το ειν της ψυχης έτε πυθμευται και άγμονια, και εγρομεντα απετα αυτης θεροντα την ευσχημοσιην, και ποιει ευσχημοτη, εαι τις ορθως τραπη, ει δε μη, τεταγιοι: intimos animi recessus permeat harmonia & rhythmus, & validissime eum adscendent decorum inducentes, honestumque redditunt, quicunque in Musica recte sicutur institutus; fin minus, contra. Et Plutarchus De Musica: των γαρ νεω τας ψυχας φόρτο δεν dia μετικης πλαττειν τε, και ρύθμισιν ετι το ευσχημωι: Pueroruim enim animos putabant ope Musices singi & concinnari ad decorum debere.

V. 8. εδ') Sic pro εδ', quod heic nihil est, legi posse contextus suader. Itaque amanuensi inter scribendum excidisse vel libenter concedent, qui ulterius patienter progressi, quam plurima eius σφαλμα partim emendata, partim non, paclim observabunt.

V. 11. συνεφελκομεν τας ψυχας) Tribuebant Musicac veteres vim contrahendi, & remittendi pro libitu animos. Quare etiam Tullius τεχνης loquens lib. II de Finibus, scribit: modorum vix dici potest, quanta sit vis in utramque partem: & incitat languentes, & languescit excitatos; & tum remittit animos, tum contrahit. Hacce autem proprie Musici adpellabant μελοποιας συγαλτικας, contrahentes, vel διαγαλτικας, distendentes. De his Euclides pag. 21 apud Meibomium: διαγαλλικοι μεν ιδιαι μελοποιας, δι ε συναριθμηται μεγαλοπρεπεια, και διαγια ψυχης αγράθεις, και πράξις ιγωκαι, και πάθη τελοις οικεια . . . συγαλτικη δε, δι ε συναριθμηται ψυχη εις ταπεινητα, και αναρηρη διατεσι, est vero distendens mos melopoeiae, quo signatur magnificentia, ac virile animi robur, tum actiones heroicac, atque his similes affectus . . . Contrahens mos est, quo animus contrahitur ad humilitatem, & effeminatam dispositionem. Plura de hoc argumento dabimus infra in Schol. ad Col. III ad v. 14 & 27. Musica igitur συνεφελκομεν τας ψυχας non alia esse debet, quam συγαλτικη.

V. 26. ευρηται) Sic fortasse illud πριν capite minutum restituendum est. Hoc autem totum, quod sequitur, ex alicujus Scriptoris sententia adlegatum esse a Philodemo patet, ex verbo Φησω, quod legitur infra v. 43. Hic autem quicunque sit Scriptor, quem hariolari non vacat, diversus profecto est a Stoico Philodemī αιλαγονη, quippe qui multum ingenitae, & irrationali potentiae sensuum tribuat, contra quam Stoici, ut infra docebimus;

adeo

brorum pag. 167 inseruit Labbeus. Nostra tamen suspicio illico evanuit, cum animadvertemus in hocce Harmonicorum libros transfuscis suis non modo fatis longa Adrafit loca a Theone Smyrneo adlata, sed etiam Theonis ipsius integra fere capita, ut prae reliquis cap. 2, & 6, quae infra leguntur apud Bryennium pag. 377, & 381. Author igitur Harmonicorum non modo est Adrafit, sed etiam Theone recentior. Haec autem idcirco adnotare non piguit, ut veteris litterariorum amatores, qualis sit iste codex a Fabricio, & Tecto indicatus, cognoscant, neve nostra incuria

tantum εμπνειται, in Farthesiane Bibliothecae scrinis, quae hodie Augusti Regis Nostris manifestia publicae usurae mancipatur, situ putrefacte indolefacere. Ceterum quod ad Bryennium adinet, ei profecto tres Harmonicorum libros ab iudicare non dubitamus, et si, cui adscribamus, non ruppetat. Si cui tamen eum a pacifica longinqui temporis possessione deturare religio sit, non intercedimus; dummodo is nobis concedat Bryennium quandoque teneat, tamquam veterum, qui nobis desunt, Musicas tractatorum fideliissimum exscriptorem producere.

⁴
adeo ut Noster huius doctrinam laudare non dubitet, quia vel pura puta Epicurea est, vel certe ab Epicuri doctrina brevi gradu distans. Hinc vero Philodemus ad Epicuri dogmata producenda quasi sibi viam menit. Vide quae mox adnotabimus ad verbum *ἀλογενός* v. 36.

Ibid. τὰ τε μετικά) Quac in sequenti versu extant καὶ τὰ πο... τέ, & residuum vocis με, exerta, ut aiunt, voce ita textum restituendum clamabant. Hinc Optime Lector supplementorum nostrorum rationem disces, de iis enim singulis vicibus disputare superficiebimus.

V. 29. απὸ δύναμεως περὶ τῶν αἰσθητῶν) Claudius Ptolemaeus in ipso *Harmonicorum exordio* sic definit: ἀρμονικὴ μὲν εἴη δύναμις καλλιηπτικὴ τῶν εἰς τοὺς ψυχοφορεῖς, *Harmonica* εἴη *potentia perceptiva*, quae in sonitibus sunt circa acutum & grave, differentiarum. Haec autem, *potentia perceptiva*, uti commentatur Porphyrius, εἴη *habitus theoreticus*, qui idem est, ac *scientia secundum veterem bujus scientiarum nominis usum*, Graece εἴη: ἡ τε καλλιηπτικὴ δύναμις Θεοφύλακτος τίς εἴη, οὐδὲν δέ καὶ επιτημητικὴ τῶν παλαιῶν Χρυσοῦ τῶν νοματῶν της επιτημητικῆς. Hinc profecto discimus, quid sit δύναμις περὶ τῶν αἰσθητῶν καλλιηπτικῶν τας ποιητας, ὁν αὐτιλαμβανονται, h.e. *potentia sensuum perceptiva qualitatum*, quas extrinsecus adcipiunt, ut e.g. differentiarum acuti, & gravis. Hanc autem potentiam recte dicit partim esse cuique ingenitam, partim studio adquiri. (Vide sequentes adnotaciones). Sed ut haec plenius intelligantur operae pretium est meminisse ab Epicuro dupliciter adcipi τῶν αἰσθητῶν, ut resert Plutarchus *De Placit. Philos. lib. IV cap. 8*, in cuius textu supplendo, & corrigendo nimio plus se torquet Gassendus. Sic tamen per nos lege: Επικουρεῖς τοι μοροι εἴην η αἰσθητοι, η τις εἴην η δύναμις, καὶ το επιτημητικα, οὐδὲ εἴη το ενεργεια, οὐδὲ διχως παρ' αὐτε λεγονται αἰσθητοι, τη μερ δύναμις, αἰσθητοις δε το ενεργητικα, Epicurus sic: Partiale quid εἴη αἰσθητοι (h.c. in duas partes dividii potest), quippe εἴη tum cuncta quaedam potentia, tum ipse sensus, unde operatio procedit: itaque dupliciter ab ipso dicta est αἰσθητοι, vel potentia, vel sentiendi actus. Quare optime Xilander paucis fere explicuit: Epicurus sensum, dupliciter adcepit pro facultate, & pro actio sentiendi. A Stoicis vero multiplicius etiam αἰσθητοις adcepiebatur, ut ibidem resert Plutarchus: Οἱ Στοικοι διέζονται ετώ ίης αἰσθητοι. αἰσθητοι εἴην αὐτιληψις αἰσθητηρις, η καταληψις πολλαχος δε λεγεται η αἰσθησι, η τε γαρ εξις, καὶ η δύναμις, καὶ η ενεργεια, καὶ η φαντασια η καταληπτικη δι' αἰσθητηρις γνονται. Stoici sic definiti αἰσθητοι: εἴη sensorii organi comprehensio, vel perceptio; multipliciter enim ea adcepitur. Habitus enim, & potentia, & actio, & phantasia comprehensiva per sensuum organum existunt. Cum tamen audis etiam a Stoicis την δύναμιν, potentiam, sub nomine αἰσθητοις comprehendendi, ne putes eos cum Epicureis in hoc consiprasse. Illi enim, ut testatur Nemcius *De Natura hominis cap. 6*, potentiam animi intelligebant: δύναμιν ψυχης αὐτιληπτικη των αἰσθητων; hi contra potentiam sensus corpoream, quam hic Noster propterea adpellat δύναμιν περ την αἰσθησιν. Hinc disces praeterea, quid proprie sit αὐτιλαμβανονται, quid καταλαμβανονται, h.e. adcepere, & percipere sensibilia, uti cum auris & materialiter adcepit sonum sive aeris percussionem, & percipit, sive comprehendit. Quod cum non animadvertisset Xilander in adlato Plutarchi loco, quasi καταληψις, η αὐτιληψις unum idemque esset, verit: Stoici sensum definitum adprehensionem, quae fit a sentiendi instrumento. Vide, quae adnotabimus ad Col. II, v. 12. Disces denique cur, quam heic dicit Philodemus δύναμιν περ την αἰσθητοι, mox infra v. 45 αἰσθητοι absolute adpellet.

V. 32. καὶ οχλησις) Exponetum cerne praepositivum τας ante οχλησις, & quidem rete; ne quis subsequens membrum τας ὑπ' αὐτων reserret tantum ad οχλησις, quasi dicaret molestias solum inde oriiri, cum Scriptor significare vellet *delectationes & molestias*, quae simul inde oriuntur. Proinde huiusmodi emendatio ab Auctore ipso, dum ex tempore dictaret, profecta esse videtur; cum enim primum securius dictasset τας ἱδονας, καὶ τας οχλησις, tum deinde volens postpositivum alium articulum subdere τας ὑπ' αὐτων, expungi iussit praepositivum τας ante οχλησις.

V. 36. αλογενός) Quod est αλοφοres, idem αλογος esse oportet, h.e. *rationis ope non comparatum*. Enimvero ista vox αλογος apud Musicae tractatores modo idem valet, ac quid *rationis express*, *sive inconcinnum*, quod non secundum *Musicae leges*, ac *rationes* sit *comparatum*, uti cum dicitur αλογος Λοφος, de quo sic Ptolemaeus lib. I cap. 4: εἴη Λοφος ἐν τοις αὐτοις επεχειν τοιον διο καὶ μονος μεν ἔκατος, καὶ ΛΑΟΓΟΣ ου γας, καὶ περος ἔκατος εἰς αλογος των προς τι, καὶ ει δυοι τοις προσοις, finitus est unum eundemque tenorem retinens, adeoque & solitarius quisque, & *rationis express*. Unus enim est, & per se indifferens: rationem autem dicuntur res babere secundum quid, & saltem inter duo principalia confidere ea debet;

& Bryen-

& Bryennius lib. II sect. I: τα δε τάχεα των κινοστων, και αἱ σφοδρότες η εν τοῖς λογοῖς τίς οἱ πάντες αποδεικθῆσι, η και ἀλογώς συνεργοῖς πρός αλληλα· ὅποι μετει των ἀλογῶν ἀλογοὶ και εμελεῖς γιγνοῦσι φέροι· ὡς εὐδε Φεργύγες χρη καλεῖν κινος, ηχες δε μονος: atque haec quidem celeritates, & vehementiae vel in rationibus quibusdam perficiuntur, vel nulla tali ratione inter se connectuntur; quique non tali ratione connectuntur soni, sunt irrationabiles, & inconcinni, qui proprie pthongi non dicendi sunt, sed solimmoū ſtrepitus. Modo vero id denotat, cuius ratio numeris adsignari nequit. Sic Aristides Quintilianus lib. I pag. 13 inter varia τοὺς διατημάτους, intervallorum species enumerat: και ἀ μετ εἴδει, ἀ δε ἀλογα. φίλα μετ, ἀν και λογοι ετιν εἰπειν εἰσι· λογοι δι Φυρι την πρός αλληλα κατ, αριθμον σχετιν· ἀλογα δε, ὡς εδεις πρός αλληλα λογοι εὑρισκεται, item alia rationalia, alia irrationalia. Rationalia quidem, quorum rationem dicere possumus: rationem vero dico, habitudinem inter ipsa secundum numerum; irrationalia vero, quorum nulla inter ipsa ratio reperitur. Item Euclides in *Introdus.* Harmon. πρώτα μετ ετιν, ὡς οιοντ' εῖτι τα μεγεθή αποδιδοναι, οιον τον, ημίονον, διτονον, τριτονον, και τα ὄροια· ἀλογα δε τα παραλλαγτοτα ταύτα τα μεγεθή ετι το μειζον, η επι το ελάττον αλογα την μεγεθη, rationabiles sunt, quorum magnitudines (numeris) exhibere possumus, ut τονος, hemitonium, ditonum, tritonum, & similia; irrationalibilia, quae hæc magnitudines variant vel in maius, vel in minus magnitudine aliqua irrationali. Quae ambo Aristidis, & Euclidis loca Bryennius more suo confascat in lib. I sect. 5. Etsi tamen hoc pacto vox αλογος a Musicae tractatoribus sumatur, nihil tamen minus cum heic, tum infra aliter adcipienda esse videtur. Itaque in memoriam revocemus oportet Epicuri dogma, qui teste Laertius lib. X sic docuit: Πατα αισθησις ΑΛΟΓΟΣ ετι, και μυμης εδεμιας δειχη· ετε χαρ ιψ' αύτης κινοι, ετε ιψ' ἔτερη κινησις δυστατη τι προσθειαι, η αφελει, οτε τε δεξαλη, η φευδεσθαι, quae sic lecta a Gassendo interpretantur: omnis sensus ratiocinationis est expers, recordationis que prorsus incapax; quippe cum neque a seipso moveatur, neque motus ab alio addere quidpiam detrahere vere (sive enunciando copulare, aut disiungere, concludendoque inferre) valeat, ut propterea censi possit quidpiam opinari, aut opinando falli. Αλογος autem consequenter sensus dixit, cum duplice anima parte statuerit, το αλογον, και το λογικον, irrationalē, & rationale, ut apud eundem Laertium: το αλογον αισθησι, ή τη λοιπη παρεπηρη σωματι, το δε λογικον ετι τη θωρακι (ut legit κριτικατης nuperimus Scriptor Ignatius Rossius in suis Commentationibus Laertianis) irrationalis eius pars in reliquo corpore diffusa est, rationalis vero sedet in pectore. Eadem habet Plutarchus in *De Placit. Philos.* lib. IV cap. 4. Si igitur omnis sensus est αλογο, utique δυνατης περι αισθησι, sensus potentia, αυτοφυς και αλογος, spontanea & irrationalis est dicenda. Hanc autem αλογη αισθησις adpellationem ab Epicuro Bryennius, sive aliis quis vetus Scriptor ab eo expilatus, mutuare non dubitavit; scripsit enim lib. II sect. 6: δι τις ετι πατα αλογο αισθησι, παχυμερος παγω των προκειμενων πραγματων ποιημεν αισθησι, και ει παχισις, γαδιαν επιχρυσατα γησι: quod autem sensus omnis est rationis expers crassi modo de propositis rebus omnibus perceptionem faciens, & non accurate, intelligent facile est animadvertere. Et eodem pacto Porphyrius in *Introdus.* ad Comment. in Ptolem. Harmonica, ait: τα μετα την τη αισθησι αλογως Φαινομενα: mensurae eorum, quae sensu circa rationem adparent. In conclusione tamen longe isti ab Epicuro discrepant; quippe cum hi ex eo, quod sensus sit αλογος, & nonnisi παχυμερος res percipiatur, inferant eum ope rationis indigere, ut res apte dignoscatur, & de iisdem iudicium ferat: preinde scribit Claudius Ptolemaeus lib. I cap. 1, duo quidem esse της ἀρμονικης κριτηρια auditum & rationem, sed τας αισθητας διαληψεις οδιζοθαι και πεγαινοθαι ταις λογικαις, perceptiones sensibilis a rationabilibus definientes esse & terminandas. Epicurus contra ex eo, quod sit αλογος, sensum esse primum veritatis criterium docuit; quia sit semper idem, nec falli possit: errores autem ex fallaci tantum ratiocinio ortum ducere. Vide, quae ibidem Gassendus adnotat. Hinc disces, cur noster το αλογον ita in sequentibus sumit, ut inde inferat auditions, utpote αλογος, casdem in omnibus esse, & nonnisi ex antecaptis opinionibus evenire posse, ut alteri eadem auditio placeat, alteri displiceat (sic Col. II); imo etiam Col. III ex eo, quod μελος sit αλογο, animum percellere non posse contendit.


V. 40. ετι τοις εναργεσιν) Hinc etiam Epicureum agnosce. Cum enim Epicurus apud Laertium lib. X de sensibus, eorumque veritate loquutus esset, subdit: οἵτι και περι των αἰσθησιν αποτων φαινομενων χρη σημειοθαι, hinc & de iis, quae non adparent, ab adparentibus conjecturam facere oportet, quibus verbis, ut adnotat Gassendus in hunc locum, ipsam, quae habetur per sensus evidentiam, fundamentum esse omnis ratiociniti, seu demonstrationis, quae potest de rebus ineventibus insituti, docet. A qua sententia non multum Stoici ipsi disreparant teste Empiri-

co adversus Mathem. quorum fuit sententia: καθόλε το επωνυμον των ητοι κατ' εμπελασιν των ενεργων νοεται, η κατα την απο των ενεργων μεταβασιν: in summa quidquid mente concipitur, aut intelligitur per applicationem evidentium, aut per transitum ab evidentibus; & aliquanto post: παντος γεν πραγματος αισθητη, η ροντε γνεται καταληψις, ητοι κατα ενεργειαν περιπτωτικον, η κατα την απο των περιπτωτικων περινοτων αισθητην μεταβασιν: cuiuslibet enim rei sensibilis, aut quae cedit sub intelligentiam comprehensionem, sit aut incurro per evidentiam, aut per reputantem, & ratiocinante transiit ab incertis, quae adparuerunt. Secundum hanc igitur doctrinam Stoicis ipsis minime suspectam Epicurus scripsit, potentiam sensuum perceptivam, non studio comparatam, sed spontaneam, quippe irrationalē, inter evidētia esse.

V.43. ὁ Φην) Quinam sit iste, qui id ait, sane ignoramus. Procul tamen dubio est sententiam eius Epicuream esse, ut in praecedentibus adnotavimus. Perspicuitatis igitur gratia in versione placuit addere Epicurus.

V.44. παραπλησιοι) Non aliter hacc vox restitui posse videtur. Qui sint autem hi παραπλησιοι investigandum, qui sensus minime inhabile subiectum rentur, imo eumdem veritatis criterium esse statuunt. Inter veteres quidem Philosophos diu de sensum iudicio decertatum est. Heraclitus testc Laertiq lib.IX, & Sex. Empirico adv. Mathem. lib.VII sensum απιστον, fide indignum, iudicavat, eiisque suis apophthegma: κακοι παρτυρες αιρετοις φραδαμοι, και ωτα βαρβαρας φυχας εχοντων, mali tesles hominibus oculi, & aures eorum, qui barbaras habent animas; Parmenides item, eisdem testibus, κριτης των λογον ειπε, τας τε αισθησιν μη ακριβεις ιπαρχειν, criterium rationem esse dixit, sensus vero non accuratos esse iudices; itemque Cyrenaici, τας αισθησιν μη παντοτε αληθειν, sensus non semper vera nuntiare pronunciarunt, ut habet Laertiq lib.II. Stoicis autem, si eidem Laertiq creditur lib.VII sect. 54, non eadem omnibus opinio sedet. Ο μεν γαρ Βοντροφια πλειον απολεπται, γνω, και αισθησιν, και ορεξιν, και επιτημην. Ε δε Χερωνικος διαφερουντος περι αυτον . . . κριτηρια Φιον ειναι αισθησιν, και προληψιν . . . αλλοι de των των αγχαιοτερων Στοιχων Ιον οδον λογον κριτηριον απολεπτων: Boethius enim complura iudicia reliquit, mentem, sensum, adpetitionem, & scientiam: Chrysippus vero ab illo dissentiens dicit esse sensum, & anticipationem . . Sed aliis ex antiquioribus Stoicis rectam rationem iudicium tradunt. Epicurus denique apud eumdem Laertiq lib. X. sect. 28 tria της αληθειας κριτης agnoscit, τας αισθησιν, και προληψιν, και τα παθη, h. e. sensus, anticipations, & affectus. Quae profecto Epicuri doctrina a Chrysippi sententia, specie saltem tenus (nam alia Stoicis, alia Epicureis dicta est προληψις, ut videre est apud Laertiq, & Empiricum) non multum abluist. Et quidem Plutonium de Placitis Philosophorum lib.IV cap. 9 sic scribit: Οι Στοιχοι τας μη αισθησιν αληθειας Ιον de φαντασιων τας μεν αληθειας, τας δε φανδειας. Επικυρος πασας αισθησιν, και πασας φαντασιας αληθη, Stoici sensus non falli iudicant; visorum alia vera esse, alia falsa. Epicurus utriusque veritatem ex aequo adtribuit. Quod igitur ad sensum adtinuit, eadem Stoicorum, & Epicuri sententia vulgo censebatur, eti Stoicorum aliquot praescritum antiquiores minime in eo convenerint, quorum in numero procul dubio suisse Diogenem arguimus. Si igitur τας παραπλησιοις, dixeris esse Stoicos, h. e. eos, qui in eadē haereti fuerint ac Diogenes, Auctoris nostri sententia recto confitetur tali; id enim tum sibi volet: Ea sensuum potentia perceptiva, quam Epicurei αλογον, προχειρον, και ενεργειας, quid in rationalē, expeditum, & evidens adpellant, adeo recepta est, ut suorum Stoicorum etiam nonnulli sensus infirmitatem, quam iste praedicat, minime agnoscant, imo eumdem sensum esse veritatis criterium iudicent. Atque ita Stoicum Diogenem ipsis suorum armis confondere velle videtur. At vero etiam paulo alter res adcipi potest, ut scilicet non simpliciter Philosophorum, sed Musicorum opiniones respiciat. Vulgata enim est inter veteres Pythagoreos, & Aristoxenios de Musices criterio discrepantia. Pythagorei enim, teste ipso Aristoxeno lib. II, την αισθησιν εκκλινοντες, οις ουας εις ακριβη, sensum, tamquam minime accuratum devitantes, Ιο λογικον κριτηριον unice agnoverunt, & non nisi numerorum rationibus Musicas proportiones definiri posse censemebant, ita ut quaecumque intervalla, quae iis rationibus contineri nequirent, reicerent. Aristoxenus contra hanc nimiam putavit superstitionem, itaque sensui plurimum dandum esse censuit: hunc autem ratione, & numeris adiuvantum. Itaque lib. II Element. sic scripsit: αναγεται δος η πραγματεια εις δυο εις τη Ιον ακον, και εις την διανοιαν. Τη μεν ακον γενουμεν τα Ιον διατηματον μεγεθη, τη δε διανοια Γεωργεια τα τελον διναιεις: ad duo autem refertur haec tractatio, ad auditum, & ad intellectum; auditu enim discernimus intervallorum magnitudines, & intellectu percipimus eorum protestates. Quae sane aquior opinio quamplurimos habuit sectatores, ita ut Claudio Ptolemaeus,

maeus, qui teste Porphyrio εν πολλοις περ της Πυθαγορειων αποκλινει, in multis ad Pithe-
goreos inclinat, in hoc Aristoxeni doctrinam aliquatenus secutus, in ipso suorum Harmonico-
rum exordio statuerit: κρίνεται μετά δέμονας αὐτον, και λογοτεχνη, Harmonias criteria sunt Auditus, & Ratio. Vide Porphyrii Commentarium cap. II, ubi declarat, in quo Ptolemaeus ab
Aristoxeno dissentiat, et si Didymus consentientes eos, prout Aristoxeni opinionem referebat,
omnino fecerit. Iure ergo miramur Harmonicorum auctorem, qui sub Bryennii nomine cir-
cumseritur, lib. II sect. 2. Aristoxeno plus aequo insensum ipsum traducere, quod solum sen-
tum faciat harmonici concensus criterium, οι αισθηται μονη τοι ημοσμενα κριτηριον ιθεται. Qualis
enim fuerit vera Aristoxeni sententia, ex eiusdem verbis a nobis nuper recitatis discere poter-
at; siquidem ipsamet verba in sui operis epilogi citat. Ceterum ea opinio sedet non qui-
dem Aristoxeno, sed ενοις ταν απο Αριστοξεων μετοικων, quibusdam Aristoxenitis, ut habet
Ptolemais Cyrenaica apud Porphyrium, qui a Magistri opinione exorbitantes, sensum unum,
sublata penitus ratione, rerum Musicarum iudicem statuebant. Vide Porphyrium cap. II de
his prolixie differentem, atque ex eo Ptolemaidis, & Didymi loca recitante disces, alios ra-
tionem praetulisse reiecto sensu, ut Pythagoreos; alios sensum ratione neglecta, ut quos-
dam Aristoxenios, qui dicti sunt Οργανικοι, & Φωναικοι; alios denique utrumque, sed
non omnes eodem modo, inter quos tamen recensentur praeter Aristoxenum, Architas Ta-
rentinus, & Archeftatus, & Ptolemaeus. Si igitur de Musicae tractatoribus hie verba fieri
autem absumimus, alii profecto non erunt hi παραπληκτοι, quam Aristoxenii, qui sensui, si
non totum, plurimum certe tribuebant: παραπληκτοι autem dicit, quia simili Musico fu-
rore correpti erant, ac Diogenes, qui tamen Pythagoricis procul dubio adsentiebat. De
Μετεργοις autem verba potius fieri idecirco opinamur, quia ipsorum erat disputare de eo,
quod Columna sequenti ait, scilicet: ειδ' οχληρος, η επιτερπως ηχαι: num moleste, an suavi-
ter unumquodque Musicae genus auribus resonet. Sive tamen της παραπληκτοις Stoicos, sive
Musicos Aristoxenios interpreteris, Philodemi argumentatio non male utique procedet.



Υ ΜΕΝΟΝΟΜΟΛΟΓΟΥ
 ΟΧΑΗΡΩΣΗΕΙΤΕΡ
 ΠΙΟΣ ΣΙΔΙΑΦΩΝΟΥΣΙΝ
 ΑΛΛΑ ΤΗΝΑΥΤΗΝΠΟΙΟΥΝ
 ΤΑΙΧΡΙΝ ΚΑΙΤΙΜΕΝΕΤΟΥ
 ΤΩ ΠΑΡΑΤΙΝΑΣΤΡΟΔΙΑΟΣ.
 ΣΕΙΣΛΕΧΕΤΑΙΠΑΡΑΛΛΑΤ
 ΤΟΓΑΣΣΥΜΒΑΙΝΕΙΝΕΤΑΚΟΝ
 ΣΕΙΣ ΕΠΙΔΕΩΝΑΚΩΝΟΥ^Υ
 ΛΕΣΤΙΝΟΛΑΣΔΙΑΦΟΡΑΤΙΣΑΛ
 ΛΑΠΑΣΑΙΤΑΣΥΜΟΙΑΣΤΩΝ
 ΟΜΩΝΜΕΛΩΝΑΝΤΙ^Υ
 ΕΙΣΤΟΙΟΥΝΤΑΙΚΑΤΑΣΑΟ
 ΙΑΣΗΡΑΤΛΗΝΙΟΥΣΑΠΟΛΑΜ
 ΒΑΝΟΥΣΙΝΩΣΤΕΚΑΙΤΗΣΕΝΑ
 ΜΟΝΙΟΥΚΑΙΧΡΩΜΑΤΙΚΗΣ^Υ
 ΔΙΑΦΕΡΟΝ ΤΑΙ^Υ ΤΑΤΗΝ
 ΔΛΟΓΟΝΣΑΙΩΝΣΙΝΑΛΑ
 ΚΑΤΑΤΑΣΑΟ^Υ ΟΙΜCNW^Υ
 ΠΕΡΟΤΙΥΤΩ^Υ ΠΡΑΜΑΝ^Υ
 ΤΗΝΜ^Υ ΙΦΑΣ^Υ ΝΤΕΣΙΝΑΙ
 ΣΕΜΙΛΙΝΚΑΙ^Υ ΙΑΛΑΝΚΑΙ
 ΗΝΚΑΙΙ^Υ ΖΑΡΑΤΙ^Υ
 ΙΑΝΔΡΟΝ^Υ ΠΤΙΚΗΝ
 ΚΑΛΑΛΕΛΘΕΡΟΝΟΙΔΕΤΗΝ
 ΜΑΥΣΤΗΡΑΝΚΑΙΔ^Υ ΟΤΙ
 ΚΗΝΤΗΝΖΕΝΝΑΙΕΡΟΝΚΑΙΠΩ^Υ
 ΝΗ^Υ ΠΡΟΣΟΝΟΙΛΑΖΟΝΤΕΣΑΝ
 ΦΟΤΕ ΟΙΔΕΙΛΗΔΕΙΕ^Υ ΑΤΡΟΣ
 ΕΣΠΙΠΙΦΕΡΟΝΤΕΣΟΙΔΕΙ^Υ ΚΣΙ
 ΚΩΤ^Υ ΙΓΟΝΕΣΣΑΚΟΗΝΕΕ^Υ
 ΚΑΤΕΡΑΣΔΡΕΠΕΣΤΑΙΚΕΛΕΥ^Υ
 ΙΕΣΟΥΔΕΝΑΙΑΤΩΝΣΥΝΑΤ^Υ
 ΜΕΝΩΝΟΥΔΕΤΕΡΑΤΣΥΡΟΣΕΙ^Υ
 ΝΑΙΚΑΤΑΓΑΥΤΗΝΦΥΣΙΝΑΥ^Υ
 ΤΗΝΟΜΙΖΟΝΕΤΑΔΑΝΔ^Υ
 ΤΟΙ^Υ ΑΚΙΕΤΙ^Υ ΙΩΡΥΜΩΝ^Υ
 ΛΑΛΕΛΜΟΙΣΥΙΚΑΙ^Υ ΡΟ^Υ
 ΣΣΤΙΝΩΣΗΜΟΥΣΙΚΗ^Υ
 ΚΑΝΙ^Υ ΠΟΛΥΞΕΣΤΑΤΗΚΑ^Υ
 ΩΣΠΡΟΣΟΥΣΑ^Υ
 ΤΗΤΩΝ^Υ ΘΩΝΑΙ^Υ ΣΕΙ^Υ
 ΟΥΦΕΗΟΤΕΙ^Υ ΉΙ^Υ ΕΙ^Υ
 ΚΙΝΕ^Υ ΔΙ^Υ ΤΑ^Υ
 ΙΩ^Υ Ο^Υ ΤΣΙΟ^Υ ΣΕ^Υ

C O L U M N A II.

9

ὁ ποκειμένον ὄμολογον-
 σιν, εἰδ' οὐχηρος, η επιτερ-
 πως ηχει, διαφωνεσιν,
 αλλα την αυτην ποιουν-
 ται κρισιν. Και επι μεγ γε τε-
 των παρα τινας προδιαθε-
 σεις εν δεχεται παραλλατ-
 το υσας συμβανειν επακοη-
 σεις, επι δε των ακουων 8-
 10 δεσιν διλως διαφορα της, αλ-
 λα παραι τας δμοιας των
 δμοιων μελων αυτικη-
 ψεις ποιουνται, και τας ήδο-
 νας παραπλησιων απολαμ-
 15 βυχων. ἀστε και της εναρ-
 μονις, και της χρωματικης
 διαφερονται, ου κατα την
 αλογου επακοην, αλλα
 κατα τας δοξας· οι μεν, ὡς
 20 περ οι τετω παραπλησιον,
 την μεν φασκοντες ειναι
 σεμνην, και γενναιαν, και
 απλην, και καθαραν, την
 δο αγανδρον, και φορτικην,
 25 και ανελευθεραν· οι δε την
 μεν αυστηραν, και δε ποτι-
 κην, την δε ἡμερον, και πιθα-
 νην προσον ομαζοντες· αμ-
 φοτεροις δε, ἀ μηδετερᾳ προσ-
 30 εστιν, επιφερούτες· οι δε φυσι-
 κωτατοι γε προς ακοην εξ ἐ-
 κατερας δρεπεσθαι κελευ-
 τες, ουδεν αγαθων συναπτο-
 μενων θετερη προσει-
 35 ναι κατα ταυτην φυσιν αυ-
 της νομιζοντες. Ταδ' αι δε-
 δονται και επι των ρυθμων,
 και μελοποιων. Και προ-
 δηλον εστιν, ὡς η μεσην,
 40 καν η πολυει δεστατη η-
 τα φυσιν, ο τω προσθασ
 αξετη των ηθων επι φασεις
 θεδε ποτε μητη σει

 45

subiectum fatentur, in eo uno au-
 tem discrepant, num iucunde, vel
 iniucunde resonet, sed etiam eum-
 dem sensum Musices criterium con-
 stituant. Et sane, quantum ad
 haec adinet, secundum quasdam
 praeviis animorum dispositiones fie-
 ri potest, ut discrepantes evadant
 auditiones, quantum vero ad au-
 rium ipsarum sensum, nulla omni-
 no est differentia, sed omnes au-
 res similes similium cantionum per-
 ceptiones habent, & cognatas vo-
 luptates suscipiunt. Itaque & en-
 armonii, & chromatici generis
 cantilenae distinguuntur non ex au-
 ditu, qui rationis est expers, sed
 ex praeconceptis opinionibus; quippe
 alii (quemadmodum qui in ea-
 dem istius sunt haeresi) enarmoni-
 cam Musicam dicunt esse gravem,
 & generosam, & simplicem, &
 puram, chromaticam vero effemi-
 natam, affectationis plenam, &
 inliberalem: alii contra illam au-
 steram, & imperiosam, hanc le-
 nem, & flexanimam adpellant;
 utrique vero ea, quae nulli illarum
 revera insunt, proferunt in
 medium. At qui naturam penitus
 neverunt, ex utroque Musices ge-
 nere, quae auribus sint suaviora,
 decerpere iubent; quippe cum nul-
 lum eorum bonorum, quae Mu-
 sicae adscribuntur, alicui generi
 suapte ipsius natura connexum pu-
 tent. Huiusmodi sunt etiam de
 variis rhythmis, & melopoeiis o-
 piniones. Patet igitur Musicam,
 licet maxime multiformem fore na-
 turaliter concedamus, non idcirco
 morum formas virtuti adceden-
 tes unquam imitatum ire

C

V. 3. ηχει) Huius verbi ope stare potuisse sententia videtur. Quod si mavis refingere ηχει, suavis vel intucunda sit sensus adfectio, non intercedimus.

V. 5. κρισιν) Idem hoc loco κρισις, atque κρίσιριον; licet enim vulgation sit apud veteres vox κριτηριον, haec tamen non nova est in eadem adceptione. Sic Porphyrius *Comment. in Ptolemaeum cap. I* cum de ipso Musices κριτηριον verba faceret, de Pithagoreis ait: τοις παραπτυκενοις μεν δια ιων αριθμον, και ιω λογις κρισιν της συμφωνιας: cum pro postulato βα-
buerint hoc per numeros, & rationem de consonantia iudicium; profecto quia dia της αισθη-
σεως κρισιν, sensus iudicium reiiciebant, ut in *Col. I* adnotavimus. Et Plutarchus lib. *De Mu-
sicis* pag. 1143: διδοδομεν δι την τε αισθησιν, και την διανοιαν ει τη κρισιν των ιης μετρια-
μερων: oportet, ut sensus, & intelligentia aequae concurrant in iudicio de *Musicae partibus*.

V. 6. παρα των προδιαθεσεων) Praeviis dispositionibus, conceptis scilicet ex opinione, quam imbibuntur, sieri autumat, ut grata, vel ingrate auribus insinuetur, quidquid in uno, vel altero Musices genere canitur: id quod clarius explicat infra vers. 18, 19, ubi legendum ideo censuimus καλα τας δοξας. Confidentissime enim ponit ex Epicuri sententia aurium sensum in omnibus idem esse, in quo reliqui veteres minime conveniebant. Quorum plerique variam eiusdem sensus affectionem, unde eadem cantilena alteri iucunda, alteri molesta evaderet, ex aurum varietate, & imbecillitate repetebant: atque hinc siebat, ut vel eorum iudicium omnino reicerent, uti Pythagorei, vel certe ratione reformandum pu-
tarent, ut Aristoxenii. Vide, quae adnotavimus ad *Col. I* vers. 44. Sic Ptolemaeus *Harmon.* lib. I cap. I: την δε αισθησιν μετ' ιης πατοτε πολυμηχνη ιε και ρευση, ἀς δια το ταυτης
αγαλον μητε την πανταν, μητε την αυτων περος τα ομιως υποκειμενα τηρεσθαι την αυτην,
αλλα δισθαι, καθαπτε τηνς βαλκηριας, ιης εκ τη λογιν παραπαιδαγωγωσεως: sensus mate-
riae semper coniunctus, quae est multimode mixta, & fluxui obnoxia, adeo ut propter huius in-
stabilitatem, neque omnium hominum sensus, neque eorumdem omni tempore ad subiecta similiter
se habentia idem servetur, sed indiget, quasi scipione quodam, rationis reformatio. Epicurei
contra, qui sensus per se infallibiles pronunciantur, quia essent αλογοι, errores omnes in
opiniones reiecerunt, atque hinc varias eorum adfectiones explicarunt. Quare Plutarchus
lib. *Adversus Colotem* sic eos inridet: δοξων το μηδεν μαλλον ειναι ιοιον, η τοιον Επι-
κειρει δογματι κεχρηται, τω πασας ειναι τας δι αισθησιν Φαντασιας αληθεις. Ει γαρ δυοις
λεγονται, τη μεν αισθησιν ειναι τον οινον, τη δε γλυκυν, ειδετερος θευτεραι ιη αισθησιν. Τη
μαλλον δονος αυτης, η γλυκυς εστι; enimvero qui sentiret nihil magis esse tale, quam tale,
Epicureum sequeretur decretum, quo omnia, quo sensuia apparent, vera esse statuuntur. Nam si
duobus dicentibus altero vinum esse aufernum, altero dulce, neutrius sensus fallit; quid tandem?
vinum aufernum erit potius, an dulce? Quibus in verbis rem Plutarchus minime exaggerat.
Laertius enim lib. X, post ea verba, quae ad *Col. I* v. 36 recitavimus, sic Epicurum de
sensuum doctrina concludentem facit: εδη ετι ιη διναμενον αυτας (αισθησιν) διελεγχει
ετε γαρ ομοιογενης αισθησις την ομοιογενη δια ιης ιοσοθειν εθη η αισθησιν την αισθησιν
ετε γαρ ιων αυτων εισι κερτηκαι. εθη η ετερα την ετεραν πασας γαρ προσεχουεν, quae sic Gaf-
fendus interpetratur: nihil est, quod refellere, falsive arguere ipsos sensus possit. Neque enim
sensus genere simili generi refellet proprii aequipollentiam (sue quod par ratio utrius-
que sit): neque genere dissimili generi dissimilem; (quoniam diversa obiecta habent), ferendoque
eisdem de rebus iudicio minime interficiunt; neque item una sensu eiusdem sensus aliam; quoniam
nulla est, qua non adficiamur, cuique donec ipsa adficiamur, non adhaereamus. His profecto
gemella sunt, quae heic subdit Philodemus: επι των ακοων εδη ετη διλος διαφορα ιης, αλλα
πασαι ιας ομοιων των ομοιων μελαν αιδηνητεις ποιενται κ. τ. λ. (Vide seq. adnotationem).
Ne tamen cui mirum videatur, si Noster Stoico congregadiens suae sectae principiis ad eum
oppugnandum confidenter utatur: quod passim in toto volumine usurpat. Huiusmodi enim
commentaria ad suorum auditorum usum adornasse ex hoc ipso arguere licet; quibus arma
ex eadem Epicuri schola, in qua exercebantur, suppeditare abnorme non erat.

V. 9. επι δε των ακοων) Ut ita rectius percipiunt eruditii Lectores, necesse est in me-
moriam revocent, quaenam fuerit Epicuri de auditione sententia, quam sic resert Plutar-
chus *De Placit. Philosoph. lib. IV cap. 19*: Επικηρεις ιης Φωνης ειναι ρευμα εκπειπομενον απο ιων
Φωνηιων, η ηχηιων, η φορηιων. Ιετο δε ιο ρευμα εις ομοιοσχημονα θρυπτεσθαι θρυσματα. ο-
μοιοσχημονα δε λεγεται τα σχοληγυλα των σφρυγγυλων, και σκαληνα, και τριγωνα των ομοιογε-
νει. τεταυ δε εμπιπτονται ιας ακοαις αποτελεσθαι την αισθησιν ιης φωνης. Φωνερον δε τετο-

γνωσται απο των αυκων ερεογταν, και ιων εκφυσωντων κυαθεων ιοις ιματioris: Epicurus vocem esse air fluxum emissum a rebus vocalibus, vel sonantibus, vel strepentibus: hunc autem fluxum in plura conformia frusta dividi: conformia vero dicuntur esse rotunda rotundis, scalena scalenis, & alia triangula aliis eiusdem generis: his porro frustulis in aures incidentibus perfici vocis sensum; manifestumque hoc fieri ex effluentibus utribus, & e fullonibus, cum aquas in vases exsuffiant. Hinc facili negotio intelligimus Laertium sic lib. X Epicuri doctrinam explicante: αλλα μη και το ακεν γνιται γενικatos των φερομεν απο τη φωνης, η ιχνιτος, η θο-φωνης, η ωπος δη πολε ακετικον παθον παρασκευαζοντος, το δε ρυμη τητο εις ομιομερεις ουχις διασπειρεται αμα την διασποντας συμπλεκει προς αλληλες, και ένοτητα ιδιοτροπον, διατενεται προς το αποσταλαν, και την επαισθησην την απ' εκεν, ως τα πολλα, ποιωσαν, quae sic latine reddimus, praeente Ignatio Rosso in suis *Commentationibus Laertianis*: *Enimvero etiam auditio fit ope cuiusdam fluxus, qui a corpore vocali, vel sonante, vel strepente, vel alto quocumque modo sensum auditionis excitante proveniat.* Hic autem fluxus in quadam corporcula similibus e partibus constantia disseminatur, quae convenientiam quamdam inter se mutuam, unanque proprietatem servant, quae scilicet ad id, quod vocem emittit, pertineat, ac sensum eius ut plurimum in nobis efficiat. A qua interpretatione minime Gassendi παραφραση abludit. Quare φωνη, vocem, sic definiebat Epicurei, teste Aeliano apud Porphyrius cap. 3: το της ακοης αισθησιον, απο των φωνων της παραφωνης παραγωγης επι το της ακοης αισθησιον εκ τηναν φευματων: ipsum sensorium auditus, cum scilicet clamor a vocibus excitatus in auditus sensorium fertur ope cuiusdam influxus. Ex hac autem Epicuri doctrina, quod nempe fluentum e sonoro corpore emanans particulis figura, & proprietate omnino similibus, quae aures adficiant, constet, & ex adserita sensibus infallibilitate, consequens est quascumque aures aequae eodem sono adfici; quod animadvertis Gassendus, sic in sua παραφραση: unde convenientiam inter se mutuo aliquam servent, ac varios proinde auditus pari modo feriant. Hinc sane disces, cur omne istud comma: επι δε των ακοων εδει διαφορα τις ο. τ. λ. Epicuream sapiat scholam. Meminisse etiam ne pigate in veteri atque perpetua quæstione inter nobilissimos philosophorum agitata, ut ait Gellius lib. V cap. 15, corpus ne sit vox, an incorporeum? Epicureorum sententiam a Stoicorum opinione non admodum discrepasse. Etenim Gellius ipse l.c. scribit: *Vocem Stoici corpus esse contendunt, eamque esse dicunt itum aera: Plato autem non esse vocem corpus putat; non enim percussus, inquit, aer, sed plaga ipsa atque percussio vox est.* Democritus, ac deinde Epicurus ex individuis corporibus vocem constare dicunt, eamque, ut ipsis corum verbis utar, φωνη λογων appellant. Vides igitur, quam proxime Stoicis Epicurei adcesserint. Stoici enim id unum negant, teste Plutarcho l.c. pag. 19: αερι συγκενται εκ θρυσησλον, αλλα συνεχη ειναι δι' ολων μηδει λεγον εχοντα: αεριν frustis esse compositum, sed totum continuum, nihil habentem in se inane. Quare Plutarchus ipse *De Placit. Philos. lib. IV cap. 20.* cum varias Philosophorum hac de re referat sententias, de Epicureis filiet; profecto quia a Stoicis parum eo in capite abludebant. Ait enim: Πυθαγορας, Πλατων, Αριστοτελης φωνη αυραμον· ει γαρ την αερα, αλλα το σχημα το περι των αερων, και την επιφανειαν κατα ποιει πληξιν γνωσται φωνη. πατος δε επιφανεια ασαματος Οι δε Στωικι σωμα την φωνη· πατη γαρ το δραμενον, και ποιει, σωμα. οι δε φωνη ποιει, και δρα: Pythagoras, Plato, Aristoteles corporis expertem dicere vocem; non eni μετε αερem, sed aëris habitum, & figuram, quae certo quodam ita vox evadit; omnis autem figura est incorporeus. . . Stoici vero vocem corpus esse dicunt; quidquid enim agit, & efficiendi vim habet, corpus est; atqui hoc ipsum vocis est. Hinc etiam Aristides Quintil. *De Musica lib. I* in duo summa capita Philosophorum opiniones dividit: την δε φωνη οι μετε αερα πεπλεγμένον, οι δε αερος πληγην εφαγαν· οι μεν αυτο το σωμα το πεποντος ιχνον οι δε, διπερ αμενον, το τεττα παθος ορισαμενον: vocem quidam aërem percussum; quidam vero aëris percussionem dixerunt: illi quidem ipsum corpus, quod sonum patitur; hi vero, quod melius, huius passionem definitentes. Stoicos igitur & Epicureos in una eademque sententia censem. Et quidem Epicureus Luretius sic cecinit:

*Corporum quoque enim vocem confare fatendum est,
Et sonitum; quoniam possunt impellere sensus.*

Posita ergo hac quam minima opinionum inter duas sententias de voce discrepantia, nihil mirum si Noster heic securius loquatur.

V. 12. αριστοτελης ποιωνται) Nemo ita legendum fortasse dubitabit, cum belle quadret contextui haec lectio. Si quis vero adhuc haesiter, adeat Ptolemaei cap. 4., in cuius fine ipsissimam inveniet φρασην. Ubi enim definit, quinam a Graecis dicantur συμφωνη τονι, ait:

αιτια την ὄμοιαν αυτιληψίων εμποιοι ταῖς ακασίαις: quotquot similem perceptionem auribus inferunt, ut vertit Cl. Wallisius. Adeat & Bryennium Harmonic. lib. II sect. 6, ubi inveniet: πασα αλογος αισθησις παχυπερας πάντων των πραγμάτων πάντων αυτιληψίων: cum sit omnis sensus ratione carens, & crassi modo de propostis rebus omnibus perceptionem faciat; & statim mox: δραστις ποιεῖται αυτιληψίων χρωμάτων, πλήσιον, κ.τ.λ. οἷς perceptionem habet colorum, multitudinum &c. Hinc perspicuum fit non recte vertisse Xilandrum Plutarchi verba in *De Musica* pag. 1145, ubi pulcherrimum Musicae genus εραρμονίας ita suo aevo neglectum esse ait, ὅτε μῆδας την τυχεσσαν αυτιληψίων των εραρμονίων διασφημάτων τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν. Vertit enim: ut plerique nullam harmonicorum intervallorum habeant rationem; cum contra vertendum sit: ut plerique ne percipiāt quidem auribus enarmonica intervalla. Id quod clarius etiam patebit infra, cum integrum Plutarchi locum dabisimus. Etsi enim αυτιληψία propriè denotet simplicem sensus adceptionem, sive comprehensionem, ut in praecedenti Scholio ad v. 29 adnotavimus; saepe tamen latius una vox pro altera sumitur. Adcipere enim e. g. sonum, eumque percipere idem vulgo est; nec nisi metaphysice sensus perceptio a simplici adceptione distinguatur.

V. 15, 16. ὅτε καὶ της εραρμονίας, καὶ της χρωματικῆς) Supple ex proximo αυτιληψίεις. Cum enim dixisset cantilenas, quod ad auditum, per se non differre, ita ut eadem cantilena in omnium auribus eundem sensum ingerat, atque ex praecedentibus dispositionibus, h.e. mentis opinionibus, evenire, ut, quae cantilena uni est iucunda, alterum molestia adfriciat; hinc premissi deducit perceptiones, quae vel Enarmonio, vel Chromatico Musices genere excitantur, non differre suapte natura, sed propter varias praeconceptas auditorum opiniones. Propterea igitur ait, eamdem cantilena utriusvis generis alii molestiam, aliis iucundam evadere, quia nempe plerosque ea opinio invasit, Enarmonium genus esse grave, simplex, & nobile, adeoque mores ad gravitatem, & generositatem componere; Chromaticum vero esse effeminatum, & inliberale: alios contra illud, ut austерum & imperiosum traducere, hoc vero, quod sua lenitate animos fletat, laudibus extollere. Haec nostra, ut inde concludat, nihil per se Musicam posse, cum nihil virtutis reapse in se contineat: quod probatum esse τοὺς φυσικῶτας infra scribit, vers. 31.

Jam vero pervulgatum est tria cognita esse veteribus Musices genera, scilicet διατονίας, χρωματικούς, εραρμονίου, quibus duobus postremis caret certe Musica a Guidone Aretino restituta; haec enim non alia agnoscit intervalla, quam tonos, & hemitonias, unde διατονίας genus existit. Quod profecto, utpote simplicissimum Musicae genus, ingravescentem barbariem vitare potuit, reliquis exquifitoribus desperdit; quippe χρωματικού aliquibus in tonis per trientem, εραρμονίου per quadrantem subtili admodum vocis modulatione intervalla metiebatur. Disertissime prae reliquis Aristides Quintilianus de his differit pag. 18. apud Meibomium, & earum nomenclationum rationes adsignat. De his etiam lucenta, quae Meibomius, & Wallisius diagrammata adornarunt, digna sunt, quae consuluntur. Verum putandum non est Guidonis tantum Musicam, εραρμονία, & χρωματικων carere; inde enim a Plutarchi aetate εραρμονία τοῖς πολλοῖς non percipiebatur, ut inferius aperiemus. Nobis vero aliquantulas desperidorum istorum generum differentias exhibent adhuc πνευματικα, vel etiam εργαρδα instrumenta quaedam perantiquae constructionis, in quibus duplii sectione toni aliquot divisi conspicuntur, quarum altera ad χρωματικούς, ad εραρμονίου altera adcedit. Verum istas quoque reliquias, quae doctis Musici exacto saeculo sat erant cognitae, vix nomine tenus hac nostra aetate, qua artis apicem Musici tetigisse gloriantur, doctissimi τον μυστηρίων norunt, instrumentorum vero artifices omnino antiquarunt.

V. 6. τοις ελαυνουσιν) Pervulgata quidem apud veteres erat opinio, Musica remiges, aliosque manu laborantes adiuvari; proinde minime parcebant tibias, aliaque Musica instrumenta laborantibus adiungere. Hinc Aristides lib. II inter alios Musicæ effectus illum enumera, quod ναυτιλιας και εργοις, και ια χαλεπωδα (sic utique pro eo, quod extat apud Meibomium χαλεπωτη, legendum) ιων χειροκλιχων εργων ανεπαχθη ποιει ιων ποιων γνωμεν παραμυθιον, navigations, & remigia, difficilimaque manu laborantium opera levia reddit, laborum facta solutum. Et Fabius Quintilianus Inscr. Orat. lib. I: ex natura ipsa videtur ad tolerandos facilis labores velut muneri nobis dedisse: siquidem & remiges cantus hostatur; nec solum in iis operibus, in quibus plurimum conatus praeente aliqua incunda voce confiprat, sed etiam singulorum fatigatio qualibet se rudi modulatione solutatur. Atque id profecto locum fecit Aristotelis problemati Sec. XIX queſt. 29: δια ιι οι πονοφει, και οι απολαυσοντες αυλοιναι; cur tam laborantes, quam fruentes folatio tibiae cantu utuntur? Iam vero cantus nauticus ιωνικων fuisse adpellatum, discimus ex Athenaeo lib. XII: idemque lib. XIV c. 2 multarum cantionum, quae a laborantibus canebantur, usum, & nomina deserbit (inter quas μισθιον, sive επιμισθιον, quae a molitoribus in pistrino; ελων, quae a terentibus; ιωλον, quae a lanificis; & λιτυερον, quae a messoribus caneretur), deinde subdit: και ιων μισθιον δε ιις η εδη ιων εις αγρους φοιτωτων . . . και βαλανειων αλλη . . . και ιων πτισσουνων αλλη ιις . . . ηδε και τωι πηγουμενωι των βοσκηματων ο βουκολιασμος καλουμενος: sicut & mercenariorum in agros ad opus committantem certa canto . . . & balneatorum alia . . . alia etiam eorum, qui fruges pinsebant . . . & eorum qui pecudes ad pabula duebant, canto dicta Bucoliasinus. At enim, inquies, huiusmodi cantilenas τας φωνας adpellat Athenaeus, h. e. voce pronunciatas, atque ab aliis distinguit tibialibus cantionibus, quas ibidem recenset, & cum saltatione fuisse peretas tradit: Noster vero loqui videtur tantum nomine instrumentorum Musica; quandoquidem ait hisce laboriofa opera perficientibus των εργων των παραλεγυνων. Verum quid vetat huiusmodi φωνas vel tibiae, vel alias instrumenti sonum adiungere? Noster vero, sive potius eius adversarius idcirco praeteritis carminibus, quac ab ipsis laborantibus concinebantur, των εργων de industria meminerat, ut probaret, veteres servis, sive mercenariis laborantibus instrumentorum pulsatores addidisse, nempe ut laborantes adiuvararent, neve quis putaret ea carmina unice ad laborem fallendum ex operarum ingenio cantari consueville. Et quidem inferius v. 16, argumentum hoc ubi declinat, huiusmodi Musicam adpellat τα μελη h.e. carmina. Quamvis minime nos fugiat aliquando τα μελη pro αιδησι adcipi, ut observavit Caſaubonus in Athen. lib. XIV cap. 2.

V. 8. ιων ονοι εργαζομενοι) Vinitorum quidem canticum fuisse μελος επιλημον, ad torcular habemus apud Polluccem lib. IV cap. 8: επιλημον αιδησι επι βιστρων θιβωμενον: cantus tibiae ad torcular, cum racemi premuntur: & apud Athenaeum lib. V: επαλουν δε εξηκυτα στεφυρο προς αιδησι επιλημον: calcabant vero sexaginta Satyri ad tibiam cantentes cantum torculari aptum. Commemorant illud etiam Longus ποιησιν lib. II, & IV, Philoſtratus in Iconibus, & Max. Tyrius Diff. XIV, quorum loca conlecta habes a Meurcio De Saltationibus Veterum. Atque idem ab Agathia Anthol. lib. II num. 29 βαρχευτης γυμnos adpellatur.

V. 13. Πτολεμαιον) Quisnam iste fuerit Ptolemaeus, pro certo statuere non possumus. De Philadelpho quidem suspicari quis iure posset; siquidem ex Athenaeo, Appiano, aliosque Scriptoribus didicimus, quanta præ ceteris eius in adparandis navibus fuerit μεγαλουργia, ita ut earum multitudine omnes superavererit, ώστε και πλοιων πληθει πτερεβαλλει, ut scribit Athen. lib. V cap. 9; ubi ingentem earum numerum ad multa milia excedentem recenset. Sed nos de Philopatore potius hec mentionem fieri arbitramur ab eodem Athenaeo loc. cit. edoceti. Is enim, cum ex Calipheneis tellimonia ingentis operis navim ordinum scilicet quadraginta, & ducentos octoginta cubitus longam a Philopatore aedificatam per partes descripsisset, denique quo pacto ea in mare deducta fuerit sic narrat: καθελκυσθη ιν μετερχην απο εσχαριον των, ο Φασι παγγων πεντηκοντα πλοιων πεντηκοντα ξυλεια. υπο δε οχδου μετα βον και σαλπιγγων κατηγετο: subducta est initio cunifidam escharii ope, quod ex contignatione quinquaginta quinqueremum compactum aiunt (quid sic εσχαριον vide Caſaubonum, & Eustathium ab eo relatum); a populo mox cum clavis oribus & tubarum sonitu deducta fuit. En igitur καθελκοντα Musica excitatos Ptolemaei Philopatoris astu.

V. 14. 15. καθελκοντα) Exempla quidem huiusc verbi καθελκων sic ελληπτικων sine ullo

ullo casus regimine positi non suppetunt. Sed cum solemnis sit Graecis dicere καθελκεν τας ναυς pro eo, quod Itali hodie dicunt varare le navi, & Latini deducere (uti etiam videre est in nuper adlatu Athenaei testimonio), putavimus heic κατ' ελλεψη tacitum fuisse ad-
cusandi casum τας ναυς .

V. 24. κουφοτερον πνον) Profecto non male opinasse Philodemum , qui Musicam idcirco laborantes adiuvare arguit, quia eos oblectans taedium laboris, & langorem repellat, ipsa superioris adlata Aristidis verba palam faciunt: quod scilicet Musica ή καλεπωλατα των χει-
γωνακτικων εργων αεταχθη ποιει των πνον γνωμην παραμυθιον, difficillima manu laborantium opera leuis reddit, laborum facta solutum. Atque Aristoteles adlati problematis: δια τι οι πνηνυ-
λεις, και οι απολαυστες αυλανται; cur tam laborantes, quam solatio fruentes tibia utuntur? solu-
tionem quaerunt, ait: η ίδι οι μεν ήγεται λυπωται, οι δε μελλον ξαρωσι: an ut laborantes
minus angantur, fruentes solatio magis oblectentur? Reste igitur hinc argui posse Musicam
τι κινητικον ειναι Φυση, esse quid suapte natura commovens negat Noster.

V. 26, 27. την εξοχην της εμελειας) Sic sanari posse hunc textum putavimus, non tantum,
quia sensus hoc ferebat, sed etiam, Diodoro Siculo edocet, qui de Orpheo sermonem in-
situens Bibl. lib. IV scribit: πομηρ συντάξε το θυμαζομενων, και κατα την φωνη εμελεια
διαθερο: ροέμα mirificum & excellens modorum concinnitate composit. Idem porro sensus erit,
si legas, ut alii, εμελεια.

V. 29. η δεύτερα θελγην) Si conseras Diodorum loco in superiori adnotacione citato, non
modo ita legendum esse concedes, verum etiam huiusc Scriptoris verba sub oculis Diogenis
Stoici, dum scriberet, fuisse suspicaberis, aut enim Sieulus: επι τοσοντω δε προβει τη δέξη,
ἀπε δοκει η μελόδια θελγην τατε θηρια, και τα δεύτερα: ιψη adeo eius gloria excrevit, ut mu-
dulatissimis carminum sonis feras, & arbores delinire putaretur. Quod si quaeras cur λιθος, lapi-
des potius, quam θηρια, feras delinivisse Orpheum Diogenes meminerit; reponemus, quia
maiis erat miraculum prae seris lapides senfu omnino carentes mulcere. Ceterum & feras,
& lapides, & arbores pellexisse fabula erat: ita Fabius Quintilianus lib. I: Orpheum . . .
quod rudes quoque & agrestes animos admiratione mulceret, non feras modo, sed saxa etiam, syl-
vasque duxisse posteritas memoriae traditum est. Pro θελγην mendoso scriperat librarius θελ-
γην, sed postea ipsem emendavit. Illa enim nota, quae a circumflexo parum distat, est
Γ inelatum; quia in brevi interstitio rectum iaceere non poterat.


V. 32. αλλα τοις τρηπανται) In autographo quidem ita fuisse exaratum adpareat: quae
lectio si retiniri velit, το αλλα interrogative explicandum, & intelligenda praepositio συν
Attica ellipsi practerita ante τοις, quo sententia constet. Sed fortasse Auctoris manu profe-
ctum erat ἀλλα, vel potius η ἀλλα τοις τρηπανται; numquid simul cum tibicinibus et? Etsi
autem τρηπανται proprie dictus fuerit, qui tibia in tritemibus caneret, ut vox ipsa notat,
& apud Athenaeum lib. XII, & Pollucem lib. I cap. 9 videre est; heic tamen γυνικος pro
quovis tibicine adipciendum esse nemo inficias iverit.


V. 33. ὥσπερ ο Στωικος) Hinc clarissime evincitur Philodemus in Stoicum disputare.
Quis enim alius foret hic Stoicus, nisi ille ipse, qui Orphei fabulam protulerat, ut Musicae
vimi motricem inesse probaret? Propterea subdit v. 36: ου δια τα τετρα (scilicet τη Στωι-
κου) ληρηματα.

Ibid. αραιεως) Ita reficiendam vocem & litterarum vestigia indicant, & sensus conce-
dit. Analogice autem ex αραιεω, subfinito fieri potest αραιεως, vel αραιεως, constanter,
permanenter, patienter, uti ex εμειω fit εμειως, ex επιμειω επιμειως. Quod si pro reliquo
illo οι legas οι, tum sorte melius supplex αραιεως; atque sensus erit: num propterea re-
missis operariis praefectum cum tibicinibus constitueremus?

V. 36. δια ταυτα Φυσην) Propter ea scilicet, quae paullo superiori concesserat, h. e.
laborem voluntatis admixtione leviori fieri. Sed obscure quidem, & ineleganter dictum.

V. 40. προεπιτεινοτα) Ita legendum esse opinamur, eti a lexicis ab sit huiusmodi decom-
positum προεπιτεινον: analogum enim est, non secus ac προεπιτεινειν, συνεπιτεινειν, aliaque.
Ea vero auctoris mēns est, ut adversarium fugillet in suo argumento adornando rhetorice
peccantem. Dum enim is κατ' επιτασι amplificare suum argumentum vellet, potius mi-
nuit. Aiebat enim: Musica non solum animos, sed etiam corpora adficit, quasi maius esset cor-
pora, quam animos adfici re sensibili. Quod sane Philodemus ridet.





ΝΟΙ ΕΤΚΔΕΙΓΑΝΤΑΤΟΥ
ΔΟΞ· ΕΒΩΝ ΕΠΙΦΕΡΕΙΝΟΥ
ΝΟΝΔΕΤΟΣΩΜΛΔΕΤΝΤ
ΛΑΚΑΙΤΗΝΨΥΧΗΝΤΩΔΙ
ΤΙΘΕΙΝ ΟΥΛΗΝΔΑΛΛΑΔΥ
ΜΛ ΤΟΣΔΕΙΟΔΙΩΔΕΞΟΥΛΕ
ΕΙΔΕΙΚΝΤΑΙΔΟΚΑΙΤΑΣΣ
ΜΑΤΑ ΤΟΓΑΡΙΠΡΩΣΠΩΝΤΟ
ΟΣΧΙΜΑΤΙΚΕΝΩΣΤΟΤΩΝ
ΑΙΔ· ΤΟΦΕ ΕΙΝΗΣΕΚΑΙΠΑ
ΡΕΣΤΗΣΤΡΟΣΤΗΝΕΝΕΡΓΕΙΔΛ
ΤΗΣΩΔΗΣΟΥΤΕΜΕΛΟΣΕΚΕΙ
ΗΗ ΕΝΤΦΩΜΑΚΑΙΔΙΘΩΝ
ΚΕΠΩΣΕΙΜΗΝΔΕΛΟΣΕΤΝ
ΟΣΧΙΜΑΤΙΚΜΟΣ ΤΟΔΕΤΟΝ
ΖΩΔΑΦΟΝΕΠΠΥΧΕΙΝΤΗΟ
ΔΙΟ ΗΤΟΣΟΤΗΣΕΝΟΚ ΔΑ
ΡΩΔΟΣΥΠΟΜΕΝΟΥΔ ΕΛΟΥΣ
ΤΗΝΕΠΤΥΧΙΑΝΔΕΙΔΤΟΙ
ΕΙΝΑΛΛΑΤΗΟΣΗΙΔΑΥΤΗΟ
ΤΙΜΑΛΛΩΝΗΤΩΝΠΡΗ Δ
ΦΕΩΔ ΛΩΗΚΟΝΤΩΝ ΙΣΧΥΝ
ΓΑΡΕΜΦΛΙΕΙΠΡΟΣ ΕΙΛΗΦΟ
ΤΑΣΟΠΕΡΣΤΙΝΩΔΑΤΙΚΟΝ
ΩΣΤΕΧΡΗΝΕΝΗΛΔΧΕΝΑΙ
ΚΑΙΔΙΑΜΕΝΤΟΖ ΓΡΥΦΟΥ
ΤΟΤΗΝΨΥΧΗΝΔΙΝΔΟΛ Η
ΠΡΟΣΓΙΒΑΣΕΙΝΔΙΔΕΤΩ
ΧΑΘΕΛΚΟΝΤΩΝΤΟΚΑΙ
ΣΩΜΑΤΑ ΑΛΛΩΔΕΤΕΖΗ
ΤΗΣΕΝΑΝΤΙΥ ΕΡΗΔΕΩΣ
ΤΙΤΗΣΩΔΗΣΟΜΒΑΛΛΟΜΕ
ΝΗΣΟΜΟΙ ΝΕΓΡΑΥΣΝ Α
ΔΗΚΑΙΤΕΧΝΙΚΩΙ ΕΡΟΥΣ
ΟΙΓΕΙΝ ΤΟΔΛΟΣΕ ΟΜΙ
ΝΗΜΑΚΑΡΙΣΗΝ Η Η
ΣΦΕΡΕΩΔ ΟΔΕΗΑΙΕΙΤΟΙC
ΔΥΔ ΑΣΙΝΤΟΥΤΟΙΔ ΑΛΛΑ
ΤΕΡΑΤΑΚΙΝΗΤΙΚΟΜΛΕΤΝ
ΜΑ ΟΝΕΙΝΔΙΤΗΟΤΙ
ΚΗΟΝΔΟΙΔ Τ.
ΣΔΙΔΑΣΕ ΤΟΔ
ΤΑΥ

C O L . I X

C O L U M N A IX.

γον επιδειξαντα το παρχ-
 δοξοτερον επιφερειν, ου μο-
 νου δε το σωμα λεγοντ', αλ-
 λα και την φυχην πας δια-
 τιθοσιν. Ου μην αλλα θαυ-
 ματος αξιον, πας εξ ου λε-
 γει, δεικνυται το, και τα σω-
 ματα. Το γχρ προσωπον το
 σχηματισμον ισθεν, οις το των
 αδοντων, εκ ινησε, και πα-
 ρεστησε προς την ενεργειαν
 της φωνης, ουτε μελος εκι-
 νησεν το σωμα, και διεθη-
 νε πας, ει μη μελος εστιν
 ο σχηματισμος. Το δε του
 ζωγραφου επιτυχειν της θ-
 μοιοτητος, οτ' ησεν ο κιθα-
 ρωδος, υπο μεν του μελους
 την επιτυχιαν θελει ποι-
 ειν. αλλα της φυχης αυτης
 τι μαλλον, ηπερ ή
 των καθελκουτων. ισχυν
 γαρ εμφαινει προς ειληφο-
 τας, όπερ εστιν σωματικον.
 οτσ' εχρην ενηλλ αχεναι,
 και δια μεν του ζωγραφου
 το την φυχην κινεισθαι, η
 προσβιβαζειν, δια δε των
 καθελκουτων το, και τα
 σωματα. Αλλ' οις δ' επεζη-
 τισεν αν τις ο περιηδεις,
 τι της φωνης συμβαλλομε-
 νης θμοιον, εγγραφεν α-
 δυνατων προτερου. ου γαρ
 δη: και τεχνικατερος
 γε ποιειν το μελος ενομι-
 σεν. η μακαριος ην της
 συνεσεως. Ο δ' επαγει τοις
 θαυμασιν τοτοις αλλα
 40 τερατα. κινητικον λεγει
 μαλλον ειναι της λογιστι-
 κης δικηοιας

non ostendentem, quod magis
 praeter opinionem esset, super-
 struere, dicentem: non solum cor-
 pus, sed etiam animum quodam-
 modo adfecit. Verumtamen ad-
 miratione dignum est, quomodo
 ex eo, quod ait, probet illud,
 etiam corpora. Persona enim con-
 formata in canutium morem
 commovit & excitavit ad cantus
 energiam, nequaquam melos mo-
 vit corpus, & quodammodo ad-
 fecit, nisi velis melos esse ha-
 bitum. Quod vero Pictor adfe-
 quutus sit similitudinem, dum
 caneret citharoedus, a cantu id
 factum esse vult; sed animae
 ipsius commotionem hoc potius
 probat, quam exemplum naveſ
 trahentium; robur enim ostendit
 adversus capientes, quod est
 corporeum. Itaque ei permutan-
 dum erat, & per pictoris exem-
 plum ostendere animum moveri,
 & excitari, per trahentium vero
 illud, quod ait, etiam corpora.
 At cum lepidissime certus qui-
 dam requireret, quid in cantu
 conferat ad similitudinem capien-
 dam, scripsit absurdorum maxi-
 mum. Quidni enim? etiam pe-
 ritiores reddere artifices melos re-
 putavit: felix sane homo cere-
 bri erat. Hisce vero superaddit
 miraculis alia quoque monstra:
 commovens ait esse melos magis,
 quam rationabilem sententiam .

V. 5. Οὐ μην ἀλλα) Cum ostendisset suum adversarium rhetorice in argumentis digerendis κατ' αὐξησιν peccasse, euindem mox dialectica laborantem ostendere fatagit, utpote qui, dum probare vellet corpora Musica percelli, vel iis argumentis usus erat, quae ad rem nihil facerent, vel iis, quae potius demonstrarent animos suisse affectos; contra vero cum de animorum impulsu loquutus esset, ea argumenta adulterat, quae potius corpora impulsa indicarent.

V. 8. Το γας πρωτωπότων) Locus profecto obscurissimus, qui diu multumque nos torfit. Patet enim Philodemum in usum eorum, qui Diogenis opus sub oculis haberent, huiusmodi σχημασια scriptitasse. Nos autem, qui illius argumenta penitus ignoramus, quomodo huius mentem probe adsequemur? Id tamen certo certius est, eum, ne quid intentatum in adversarium relinquaret, heic παρ' εργον non eius de Musica opinionem, sed inductiones infestatur; propterea quia ex adlegatis ab eo exemplis, id quod intenderet, minime evincentur, sed potius quidvis aliud. Adlegata autem ab illo bina suisse exempla adparet, quorum alterum respicit hoc primo commate: το γας πρωτωπότων; alterum vero secundo commate: το δε τον ζωγραφον. Quando igitur nobis binas huiusmodi historiolas invidit Philodemus, quod ad primam nihil aliud licuit expiscari, nisi quod Stoicus retulerit, nescio quem ab adspectu fortasse comicae personae, cuius os in canentium morem comparatum fuerit, ad canendum fuisse excitatum, ut inde colligeret Musicas ad corpora impellenda ενεγκειν. Cui non male responderet Philodemus: si habitus canensis hominem ad cantum excitavit, non utique μέλος quid valet ad corpus impellendum, nisi velis dicere μέλος idem esse, ac σχηματισμον, i. e. habitum. Verba igitur το πρωτωπότων το σχηματισθεν, ος το των φωνων εκπονει, και παρεπτος προς την ενεγκειαν της φωνης sunt ipsa fortasse Stoici verba; quae autem sequuntur ετε μέλος, κ. τ. λ. Epicurei respirationem continent. Quod vero ad alteram historiolam a Diogene relatum, ea profecto sicut eiusdem Pictoris, qui dicebatur ad vivum rem expressissime canantis citharaeclipe; cui Noster adposito reponit, hoc exemplum ad ostendendum potius Musicas vim in animos, quam in corpora valere: contra vero exemplum ante ab eo addatum των καθελκοντων, qui Musicis instrumentis adiuvarentur, valere magis ad ostendendum, quam vim Musica in corpora exsiceret; etenim, recte ait, quod corporum est, vim suam exserit adversum capientes, h.e. cum quis manu prehendit; atque ideo permutandum illi suisse, & pictoris exemplo utendum ad demonstrandam animae commotionem (siquidem in pictura vis ingenii, non corporis requiritur), trahentium vero, ut ostenderet corpora a Musica impelli.

V. 12. ον τε μέλος) Melius profecto ον το μέλος. Sed nitidum est in ms. το ε ε li-brarii fortasse festinatione profectum.

V. 16. ζωγραφον) Quinam facit iste pictor, prout eius historia heic indigitatur, a nullo veterum Scriptorum discere posuimus. Verum non levis orta est suspicio, eum ipsum Theonem esse, de quo aliter narratio instituitur ab Aeliano Var. His. lib. II cap. 44. Principio enim sic eius praefantissimam tabulam, quae adhuc suo aevio spectabatur, describit: ὅπλιτης εστιν εκβιητων αφιο των πολεμιον εισβαλλοντων και δημιτων ἄμα, και καιροτων την γην εναργητος δε και πανι εκβιμως ὁ νεκρος τοικει δριψωτι εις την μαχην, και ειπεις αι αυτον ενθουσιασ, ωσπερ εξ Αρεος μανετα: γοργον μεν αυτο βλεπτουσ οι οφθαλμοι· τα δε ὄπλα ἀρπασας εισηκεν, η ποδων εχει, ετι τες πολεμιν αττειν· προβαλλεται δε εγενει ηδη την ασπιδα, και γυμνοι επιστει το ξφος, Φοραντι εοικωσ, και σφαττειν βλεπον, και απειλων δι' ὄλου τω σχηματος, οτι μιδενος φιστεται: Vir est armatus, qui ad ferendum auxilium properat, quam hostes repentinam impressionem fecerint, & agrum totum rastarent ac popularerentur. Manifesto autem, & proflus animose adolescentis videtur ad pugnam festinare: equidem dices eum infanire, quia Martis furore conreptum: torum vident oculi: armis summis videntur, quantum pedibus conniti potest, in hostes impetum facere: inde scutum protendit, & frustum vibrat gladium, cladem cupienti similis, oculis ad necem intentis, atque toto habitu minitabundus se nemini parfurum. Post pauca deinde subdit: ον προτερον γε μην ὁ τεχνιης εξεχαλυψε την γραφην, ουδε εδειξε τοις επι βεα συγειεγμενοις, πρι η σαλπιγκην παρεγνοστο, και προεταξεν αυτω το παρορμητικον εμπνευσται μελος διατορο τε, και γεγωνος οτι μαλισα, και οιον εις την μαχην εγερτην. ἄμα τε ουν το μελος ηκουστο τραχυ, και Φοβερον, και οιον εις ὄπλιτων εξοδον ταχεων εκβοηθουσιν μελωδεση σαλπιγγι, και εδεικνυτο η γραφη, και ο τραπιωτης εβλεπετο, τη μελης εναργεστερα την φαντασιαν του εκβοηθουσιν ετι και μαλλον παρατησαντο: εορτη artifex non prius exhibuit πιθηρατη, neque congregatis ad spectandum proposuit, quam tubicinem juxta conlocasset, quem iufit

iussit carmen incitatium canere penetrans, & clamosum, quam fieri posset maxime, & quod ad praelium incenderet. Simil ac igitur auditum est carmen asperum & horrendum, atque tuba quasi armatorum eruptionem canente, picturam ostendit, & miles conspectus est, quem efficaciorum cogitationem excurrentis militis in animis hominum cantus excitaret. Ista quidem narratio longe ab ea, quam Noster indigitavit. Non modo enim (quod levius foret) ubi hic σαλπιγχη, ille κιθαραδον canentem facit, sed (quod caput est) ille pictorem vult Musica usum, quo felicius in pingendo similitudinem adsequeretur; hic vero, quo animos spectatorum, excita pugnae φάσια, incenderet. Nobis tamen ea sedit opinio unam eamdemque esse historiam, sed ab Aeliano corruptam, fortassis quia suo aeo sic vulgo ferebatur. Etenim si adolescens in pugnam erumpens tam vivis coloribus a Theone fuerat expressus, uti αὐλωτής describit Aelianus, id quidem & arguit vivissima pictorem Φάσια, dum pingeret, elatum, & minime eo strategemate indiguisse, ut suam deinde tabulam spectatoribus probaret; quin ita sibi, suaequae picturae minus consuluisse. Quanto enim vividior pugnae Φάσια spectatorum mentes praeoccupasset, tanto minus muta effigies percellere poterat. Vero similior ergo historia ea videtur, quae pictoris Φάσια Musica inflammatam tradat. Et re quidem vera concipiendis visionibus, quas Φάσια vocant, Theonem Samium excelluisse auctor est Quintilianus Inflit. Orat. lib. XII cap. 10.

V. 20. ἀλλὰ της ψυχῆς αὐτῆς) Post haec verba aliquid deesse videtur; sententia enim manca & obscura est. Quare integrum τοιχον excidisse festinanti librario remur. Supple igitur κώνους επιδεικνύται, vel tale quid.

V. 22. ισχνή γαρ εμφανεί κ.τ. λ.) Hac prosectorum verba Epicureorum sententiam respiciunt, qui praecipuum corporum proprietatem in tactu, εν ἀφῇ, sive εν αντίτυπᾳ, in resistentia constituebant. Statuebant enim referente Aristotele Physic. IV: σώμα ἀπαντεῖται απτοῖ: omne corpus esse tangibile. Quare Epicureus Lucretius lib. I cecinit:

Tangere enim, & tangi sine corpore nulla potest res.

& mox:


Tactus corporibus cunctis, intactus inani.


Confuse, si lubet Gassendum de Philosophia Epicuri. Secundum hanc igitur doctrinam Philodemus contendit Stoicum inepte protulisse Pictoris exemplum, qui militis similitudinem ope Musicae esset adsequutus, ut probaret etiam corpora vi Musices percilli. Corporeum enim illud pingendi opus non erat; siquidem figura coloribus expressi, quatenus figura est, corpus non est, sed corporis qualitas. Omne enim, quod tactui non resistit, corporeum dici nequit. At mirum non est, si Stoicus secundum sua placita figuram corpus esse affirmaverit. Siquidem, Plutarcho teste in Stoicos, Chrysippus diem, noctem, diluculum, Kalendas, nonas, & his similia corpora esse docuerat. Quare Chaeronenses concludit: ταῦτα πάπα τας κοντας βιαζόται προληψεις aduersus communes opiniones ista obtrudunt.

V. 30, 31. ἀλλ' ὁ δὲ επεξηγησεν αὐτὸς) Quisnam iste fuerit, qui huiusmodi expostulationem Diogeni obiecerat, plane ignorare cogimus. Sed procul dubio ab ipsomet Stoico in suo libro relata fuerat, ut eidem aliquo pacto satisficeret: ideo, quod maxime aduocatus erat, ex Philodemii mente, is scriperat, h.e. cantum eius esse naturae, ut artifices quoque peritiores redderet; atque adeo non mirum, si pictorem in similitudine capienda adiuverit.

V. 37. οἱ μακάριοι της συνετῶν) O te Bollane cerebri felicem aiebat Flaccus Sat. 9 lib. I, quia Bollanus eo esset ingenio, ut quamlibet molestiam facile ferre posset: Noster vero μακάριοι της συνετῶν dicit hunc Stoicum, qui quidvis facile perfuaderetur.

V. 41. μαλλον της λογιτικης διανοιας) Ab huiusmodi opinione, quae adeo absurda visa est Philodemus, non abhorruit Aristides Quintilianus, qui lib. II pag. 63 Musicam ipsa Poësi efficaciorem putavit, his verbis: καὶ πονοῖς μεν αὐτῷ μηδενί δια φίλων χρηται λεζεων· αλλὰ ετε παθος αει κνει δια (lege cum Meibomio αεν) μελῳδιας, ετε αεν ποθμων οικεοι τοις ὑποκειμενοις. Σημειον δέ· καὶ γρας ει ποτε δεοι κνει κατα την ἐρμηνειαν παθος, ουκ αεν τε παρεγκλινειν πως την Φωνην επι την μελῳδιαν το τοιωτο περιγνεται: μον δε μυστην και λογων και πράξεων εικος παιδευει: & Poësis quidem auditu solo per nuda verba uititur: sed nec adfectum semper mouet sine modulatione, nec sine rhythmis illum subiectis verbis accommodat. Signum huius rei hoc est, quod, si quando in interpretatione adfectum mouere oporteat, hoc sine aliqua vocis ad modulationem inclinatione non conficiatur: at sola Musica cum oratione, tum actionum imaginibus erudit.





МАКАИМОΙΟΝ
ΤΟΤΥΚΡΕΞΟΤΗΝΟΝ
МАКАИПЕРОУКИНАЛАМО>
СТОНПОЛУСЕМНОТЕРОНФАИНЕ
ГРУМЛЕЛОДОПРОСТИВЕН'
ТОС-КАИОГУМНОУСТОУСЕН
ЕРЕСW СУМ... СУЕН
ЛАКСДАИМОНЕ УСИ ОНАД
МЕНОУСМНАД ОНСЕИНДА
РАПАНСИОНА ФАИРЕӨЕНТАС
АПОИНСЕИСЕНПРОСА
ПОДЕЭИТ ЕМЛАЛОНКЕИ
НЕИНОУСЕН ОЛГАТИСАМЕ
ССОУЧАДИЮСТРОСАУТОН
ОМЕНЕРЕИМНАЕ ЕНПРОССЕ
ЛНОНТАКАД АСГИСТИКН
СИАСИДОИ НТОМЕЛОСА
ДИГОРУТЕБОНАДАЛАТЕРУИН
АКОНСТРОСУ ЕЛАИМОНОН
ОДЕЛАД ЕНРУСУПОЛАМ
ВА ННТМННТУНХ
БЕШКАИТУННДАРУНО
ДИ ТОМЕЛО ФАИНЕСОАИ
ТІКАДАЛЛТННДА
ХЕ ГУТОДЕНПНЕСОАИХ
РСДИА НАНТУННОН
ОСАДО БУКДАПРОС
НАСО ДУПТОУН
АИОН АНСОЛITHН
СИКИНД АЛТМЕНК
ЕКМНРІС
ЕІСӨ РНСТІАССУ
ННС ТАІДЕУМЕХ
ОДЕР АЛЛОНЕТІФІ
ДСОФ АНСНЕІАОС
СМ АІМАНТІ
УТО КВІІАЕІОУ
ЕН ТІМЕ УРІААЛ
ТІМНДЕНА ВОНДА
СІЕ ЗОНТУН НІАДЕ
ІТАМПО НРА РОЕНН
МЕНАКА САФІАІ
НТІМША АІТАХ
СТАСАІСО

COI.

C O L U M N A X.

ὑποδειγμα καὶ τὸ μονοῦ,
 ὅτι ποτε τὸ του Κρεξοῦ ποη-
 μα, καίπερ οὐκ οὐ αὐτὸ-
 στόν, πολὺ σεμνοτέρου Φαινε-
 ται τὸ μεροῦς προστίθεν-
 τος· καὶ τοὺς ἴμυντος τοὺς εὐ
 Εφεσῷ, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν εὐ
 Δακεδαιμονι χορῶν ἀδο-
 μενούς μηδὲν ποητεῖν πα-
 ραπλησίον αφαιρεθεντος,
 αποχοην ευομίσεν πρὸς α-
 ποδεῖξιν τοὺς μαλάχου κι-
 νειν, οὐθὲν δὲ λογισαμέ-
 νος, ὅτι ραδίως, πρὸς αὐτοὺς·
 ὃ μὲν ερει μηδεεν πρὸς σε-
 μνοτητα, καὶ λογιστικὴν
 εμφασιν ποιειν τὸ μέρος δι-
 α τὸν ὄτερον, ἀλλὰ τερψιν
 αποης προστιθεντος μονον.
 ὃ δε δια τὴν προσπολαρ-
 βα νομενην τιμὴν τῶν
 Θεῶν, καὶ τῶν αὐδῶν, οὐ
 δια τὸ μέρος εμφανεσθαι
 τὴν καταλλαγὴν· ὃ δε τα-
 κχ' αὐ τούτῳ μεν γινεσθαι,
 τὴν δε διανοιαν τοὺς ποη-
 ματος ἀδ μενον καὶ προ-
 ακοναθαι αι. Διο δ' ὑπὸ τῶν
 αρχαίων τετιμησθαι τὴν
 μουσικὴν ιδιωτῇ μεν, καὶ
 παιδεύσατε τεκμηρίον
 κεισθαι τῆς ευχρηστίας οὐ γ-
 γενεσ, τῷ πεπαιδευμέ-
 νῷ δε, καὶ μαλάχου ετεί Φι-
 λοσοφῷ μεγάλῃ οὐειδος
 επιφερεσθαι. Καὶ μην τι
 δ' ὑπὸ τῶν Στοιχῶν αξιου-
 μεν, ὅτι μην εστι μηρε αλ-
 λα τῶν μηδεν αγθον πα-
 ρασκευαζοντων, ενια δε
 καὶ παμπτοντα προενη-
 γμενα καὶ τὰ τὴν σοφια γ
 μη τιμωμενα;

hoc uno usus arguento, quod
 Crexi poëma, quamquam per se
 non inconcinnum, multo augu-
 stius videtur addito cantu; &
 hymni, qui Ephesi, & Lacedae-
 monie a Choris canuntur, haud
 tantumdem efficiant in auditio-
 rum animis, si cantum auferas,
 satis superque id putavit esse ad
 probandum, quod adsumserat,
 h. e. magis, musicam movere,
 quam verborum sententiam: nihil
 secum reputans, quod facile ipsi
 fuisset, videlicet: Eit qui dicat
 nihil efficacius adferre melos ad
 gravitatem conciliandam, & ad
 sentientias exprimendas, sed auri-
 bus tantum praebere oblectamen-
 tum: alii vero propter prae sum-
 tum Deorum, atque hominum
 honorem, non propter ipsum
 cantum eam adparere differen-
 tiā putant: alii denique id for-
 tas ita se habere, & sensum
 poëmatis, quod canitur, pene-
 trantiorem evadere opinantur.
 Quapropter quod apud antiquos
 in honore fuerit Musica, id qui-
 dem rudi, & inliterato viro argu-
 mentum esse utilitatis ipsa veluti
 cognitione propositum, instructo
 autem, & praesertim philoso-
 pho magnum dedecus *id argu-*
mentationis genus inducere auto-
mo. Et sane numquid per Stoicōs
Musican aetimabimus, quia
 innumera quidem sunt alia, quae
 nihil boni praebeant, *quorum ali-*
qua sunt reiecta, aliqua vero, &
 omnino mala producta sunt, se-
 cundum Sapientiam nullo honore
 habenda?

CAP. VI.
 Generali
 argumento,
 quod in ho-
 nore apud
 veteres fue-
 rit Musica,
 obviarietur.

V.2. Κρέξε) Huiusce Crexi Poëtae, ac Musici mentionem facit Plutarchus in *De Musica*, & inter primos Musicæ veteris novatores numerat: Κρέξες δέ καὶ Τιμόθεος, καὶ Φιλόζερος, καὶ οἱ κατ' αὐτην την ἡλικιαν γεγονότα ποιῆται Φορτικωτεροι καὶ φιλολογικοὶ γεγονασι, τοι Φιλανθρωποι, καὶ βεβατικοὶ νυν ονομάζομενοι διώξαντες: *Crexus autem, Timotheus, atque Philoxenus, aliquique circa eam aetatem poëtae aliquanto importuniores, & novitatis fuere studiosi, eum adfectantes modum, qui nunc humanus & thematicus appellatur: & infra: ετι δε τον ιαμβιον τα μετ λεγονται παρα την χρονιν, τα δε αεσθαι Αρχιλοχον Φρονι καταδειχαι, ειδούστω Χρηστοι τους τραγικους ποιητας.* Κρέξες δὲ λαζοντα εις διένεργον Χρηστοι αγραγοι. Οιοται δε καὶ την χρονιν την ὑπο την φόνη τητον πτερων ευρειν: adhuc autem iambicos versus partim recitari ad instrumentorum pulsationem, partim cantari ab Archilocho monstratum dicunt, deinde a tragicis poëtis usurpatum; idque *Crexum* adcepisse, & ad dithyrambum traduxisse. Putant etiam pulsationem, quae sub cantilenam sit, ab eo primum inventam.

V. 5. προσθετος) Sic procul dubio haec vox est retinenda, non vero, ut imperitus Conrector refinxit, προσθετος adiecto e supra.

V.8. ει Εφεσω) Quinam fuerint Ephesii isti hymni, expiscari apud veteres non licuit: fortassis fuere iidem, qui in Diana honorem canebantur, dicti οντιγγον. De quibus consule Pollucem, & veteres Lexicographos; nec non Spanheimum in *Callimachum* pag. 3 & 331.

V. 9. ει Δακεδαιμον) De chorus Lacedaemonum sic Plutarchus in *Laconicis Institutis*: Τριων νυν χορων οιων κατα τας τρεις ἡλικιας, καὶ συνταγμενων εις Τριαν έσφλαις. Οἱ μετ των γεροντων αρχοντος ηδεν. Άμες ποτε πρεσβυτεροι γεναις είστα ὁ των αρχαζοντων ανδρων αριθμονος. Άμες δε γ' επειν, αι θενται, ανυασθεο. ὁ δε τρισος ὁ των παιδων. Άμες δε γ' επομεσθα πολλων καρρον. Και οι ερβαλιγοι δε ρυθμοι παρομηκοι προς ανδρειαν, και θαρραλειητα, και οι περφρονιαν δαντας, οις εχρωτο ει τε χορος, και προς αυλον επαγοντες τοις πολεμοιοις: Tres enim chori erant in festivitatibus pro triplicis ratione actatis, quorum principes sensum sic canebat: Olim iuuentutem nos strenuam egimus; cui respondebat alter virorum actate vi enium chorus: Fortes sumus nos: fac, si vis, periculum; tertius puerorum canebat: Nos erimus his praestantiores plurimo. Embaterii quoqua moduli ad fortitudinem, audaciam, mortisque contemptum animabant, quibus uteretur & in chorus, & ad tibiam incurrentes in byses. Procul dubio triplicis illius chorii pessis, ea non erat, ut sine Musica animos admodum percelleret.

V. 12. τε μαλλον κινει) Id procul dubio respicit, qaud superius Col. antecedenti v. 40, 41 scripsit: καπητικον λεγει μαλλον ειω της λογιστικης διανοιας. Idecirco luxiori versione usi sumus.

V. 13. οιων δε λογισαμενος) MS. legentibus quidem obiicit (ut in schemate) οιλγαγι- σαμενος, vel οιλγαγισαμενος, sed utraque vox inaudita, & nihil est. Etsi enim dias ex οιλγιοι fieri posse οιλγαγισω, unde οιλγαγισαμενος; nullum tamen inde sensum expiscabere. Nam quid aliud significare posset οιλγαγισων, quam immunuere, vel parvi facere: quae quidem significaciones textui minime suffragantur. Legi fortasse posset quam minima mutatio de λογισαμενος (alterum enim Γ pro detrito inferius P adcepit potest) quasi aoristum primum descendens a λογαριζομαι, quod verbum idem esse, ac λογαριζω, ratiocinor dicendum foret απο της λογαρισ derivatum. Sed quia Lexicographis, & Grammaticis ignorant est huiusmodi derivatum, nec penitus την αιλογισαμενος servat, ne nos in tricas sponte coniiceremus, satius duximus restituere de λογισαμενος: ni mavis λογαρισαμενος; sensus enim idem est, & texui quadrat.

V. 15. δ μετ ερε) Haec ipsa est sententia Epicuri, quam tuetur Noster, h. e. suapte natura nihil aliud Musicam practicare posse, quam aurium oblectationem, quam proinde ut eius scopum considerat: contra quam Musicæ laudatores, qui ut eam nobilitarent, hoc perfracte negabant: atque eam Musicam, quae ad voluptatem excitandam unice intendet, repudiabant. Hinc Aristides lib. II: ήδονη επιφερονται την φόνη Θευτεν· ουτε γαρ ἀποτα τησφις μεμπτεον, ετε της μεμπικης αιτη τελος· αλλ' δ μετ ψυχαγωγια κατα το συμβεκτον, σκοπος δε ο προκειμενος δ προς αρετην αφελεια: cantus, qui voluptatem adserit, ει fugiendus. Nec enim omnis delecatio ει fugiendanda, nec Musica ipsa ει finis. Sed illa quidem animi recreatio ει per adcidens, siopius vero propotius ει ad virtutem capeffendam utilitas. Plutarchus etiam Convival. lib. VII quæst. 5 id pertraet: Οτι δει μαλιτα τας dia της κακομονιας ηδονας φυλατθεσι, και πως φυλακτεοι: maxime cavendum esse a voluptatisbus, quas depravata præbet Musica, & quomodo cavendum.

V. 17, 18. διατορωτερον) Sic legendum rati sumus, ab Aeliano edocti bene dici μέλος διατοροφ: ita enim lib. II cap. 44 scribit: παρομητικον ειπυεσαι μέλος, διατοροφ τε: incitatum tibia canere melos, & penetras. Intellige autem heic διατορωτερον της παιστωσ, ροής penetrantius.

V. 20. ὁ δὲ) Cui potissimum adscribenda sit haec altera opinio, uti etiam tertia, (cuius meminit infra v. 24. & seq.) plane nescimus: sed profecto iis philosophis, qui Musicae non admodum studerent, utraque tribuenda.

V. 24. τῷ) Illud prorsus novum elementum, quod alterum in hoc versu exhibetur, non e librarii manu, sed corrugata papyro e duobus simul adglutinatis H & N processit.

Ibid. καταλλαγὴ) Haec vox respicit, quod superius dixerat v. 11, 12 μῆδες πονησει παραπλησιον αἰαιρεθετος, differentiam scilicet, quac in eodem poëmate adpareret, si modo nuda voce, modo cum cantu canticaretur.

V. 28. δια δὲ) Ex adlata opinionum varietate protinus ansam fumit convellendi aliud Diogenis argumentum, quod ex veterum commendatione desumebatur, hoc pacto differens: „ Si tam variae sunt veterum hac in re opiniones, ecquis non videt esse viri idiotae & minime instructi co arguento abuti, in honore scilicet apud veteres Musicam fuisse, quasi una eademque fuerit omnium mens antiquorum? Eadem enim res variis de causis probari, & commendari potest. Sic profecto Musicam (ut ait infra Col. XI v. 16 & seq.) multa adiuncta conspicuam fecere, & oblationis gratia passim recepta fuit. Falsum ergo est eam συγγενας esse εὐχεγένων.

V. 29. αρχαιων) Nam quis ignorat (ait Fab. Quintilianus Inflit. Orat. lib. I cap. 10) tantum iam illis antiquis temporibus non studii modo, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem Musici, & vates, & sapientes iudicarentur?

V. 32. της εὐχρηστιας) Ut huius supplementi ratio, totiusque loci satis affecti sensus constet, operae praetium est celeberrimam Stoicorum doctrinam de προνύμεωι, & αποπρονύμεωι in memoriam revocare. Zeno enim id unum suapte natura bonum dixit, quod esset honestum, αγαθὸν τὸ καλόν, idemque esse αἱρετον, eligendum, atque ωφελεσ, utile, reliqua omnia αἰδιαφορα, indifferentia adpellavit, inter quae scilicet forent, Plutarcho ridente, ληπτὰ καὶ εχ αἱρετα, οικει καὶ εχ αγαθα, καὶ ανωφελη μεγ εὐχρηστα δε, sumenda, & non expetenda; apta naturae, non bona; inutilia, sed tamen commoda. Indifferentium enim (ait Cato apud Tullium De Senectute) alia aestimabilia esse, alia contra, alia neutrum. Quae aestimanda, eorum in aliis satis esse causae, quamobrem quibusdam anteponerentur, ut in valerudine, integritate sensuum, vacuitate doloris, divitiae, gloria; alia autem non esse buiusmodi: itemque eorum, quae nulla aestimatione digna essent, partim satis habere causae, quamobrem reiicerentur, ut dolorem, morbum, sensuum amissionem, partim non. Atque hinc exortum esse illud, quod Zeno προνύμεων, contraquae quod αποπρονύμεων nominavit. Et III De Fin. ca nomina explicans ait: ut nemo dicit in regia Regem ipsius quasi productum esse ad dignitatem (id est enim προνύμεων), sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime adcedit ad Regium principatum; sic in vita, non ea, quae primario loco sunt, sed quae secundo προνύμεων nominentur. Ad summam quaecumque non per se bona forent, sed communi gaudenter aestimatione, ea dici vertutē αγαθα, bona, sed adpellari iussit αἰδιαφορα προνύμεων, indifferentia producta. Hinc Seccus Ep. 74. Bona illa sunt vera, quae ratio dat: cetera opinione bona sunt. Itaque commoda vocentur, & ut nostra lingua loquar, producta. Et paucis Laertius in Zenone: προνύμεων τα αξιαν εχοντα, aestimationem habentia. Ea idcirco, et si experte esse negabant, sumenda certe concedebant, utpote quae, licet ωφελοντα, utilitatem non haberent, gaudenter tamen εὐχρηστα, commodiitate. Haec ipsa fusius tractata invenies a Lipsio in sua Manuduct, ad Stoic. Philos. lib. II Diffr. 23. Jam vero his probe intellectis facilis negotio P. ilodem incitem adsequaris. Quoniam Stoicus Diogenes suae sectae placitis insistens, inter τα αγαθα recente Musicae non posset, inter προνύμεων numeraverat, eo quod publica aestimatione praesertim apud veteres usque florisset, idque τεκμηριον κειθερ της εὐχρηστων, signum, si non utilitatis, certe commoditatis adscruerat; idcirco Noster reponit huiusmodi vulgaribus τεκμηριοι uti esse proprium idiotae, & inliterati viri, philosopho vero, & instructo valde proforum. Proinde subdit: „ Numquid secundum Stoicos opinabimur innumerabilia alia fore, quae nullum per se bonum parint, quorum tamen aliqua sunt reiecta, alia vero, & quidem omnino mala producta sunt? ” Sic enim sequentem contextum restituendum duximus, uti mox dicemus. Hue etiam respicit Col. seq. v. 15, & Col. XXXIV v. 16. Veruntamen Stoicos secum ipsos pugnare docet Plutarchus lib. De Stoic. Repug. in ipsis προνύμεων de-

finiendis: de Cryssipo enim ait: εἰτῷ δὲ τῷ προηγμένῳ τῷ αὐτῷ συναγαγεῖν εὔγνως εἰταῦσα καὶ συμπλέξας, εἰ ἐλεύσις πάλιν εδεν εἶναι φίσι τεττάντα καθόλε πρὸς ἡμές δὲλλ' αποσπάει τοι λόγον ἡμάς καὶ αποστρέφειν απταύλων τῷ τοιτῶν: ita cum admodum propinquum bono confituitur productum, οὐκοῦ miserrissimum, alio rursum loco dicit, nihil eorum ad nos adiunere, iubetque mentein ab his omnibus averttere. Non mirum igitur si Diogenes inter προηγμένα Musicam censens tantopera commendet.

Ibid. συγγενεῖς) Sic legimus corruptam hanc vocem: et si in fine versus post συ non adpareat γ: vel enim detritum est, vel amanuensis vitio omisum, vel in versum alterum male translatum.


V. 35. μεγ' αἱ ονεῖδος) Sie restituimus, apta ducentes ea verba ostendendo, quantum Philosopher vulgi argumentis uti dedecet. Plutarchus *De Stoic. Repugn.* sic Chrysippum adloquitur: τες ὦ καταγελάς, καὶ καλεῖς ονεῖδη τῶν ἑρωτῶν: sermones, quos irides, οὐ προβρα interrogantium vocas.

V. 36. επιφερσθαι) Nulla dictio potior succurrit, quae sensui simul, & συντάξῃ prace-denti congrueret, & litteras in exemplari residuas επι retineret.

Ibid. μην) In αὐτογράφῳ apertissime legitur μαρ, quod tamen pro μην, non quidem scriptore nostro διερχούτι, sed librario festinante, positum duximus.

V. 40. ενα δὲ) Heic integrum comma desiderari res ipsa elamat. Particula enim δὲ praecedenti μην, & προηγμένα, quae sequuntur, τοῖς αποπροηγμένοις respondere debent. Pro certo igitur habeas in αὐτογράφῳ scriptum suisse ενα μεν αποπροηγμένα, tum sequenti versu ενα δὲ. Sed amanuensis cum transcripsisset primum το ενα, rectortis iterum ad exemplar oculis, παρερν in alterum το ενα incidit, quod ei fraudi fuit, atque exinde superioribus omisiss transcriptionem est prosequutus. Supple igitur confidentissime: ενα μεν αποπροηγμένα, ενα δὲ καὶ παμποτρα προηγμένα. Sic enim, ut diximus, Stoici τὰ αδιαφόρα, indiferentia (ea nempe sunt τὰ μηδεν αὐτῶν παραπεναλόλα, nullum per se bonum adferentia) participabantur.

V. 41. προηγμένα) Ex iis, quae hue usque adnotavimus, liquido inseres binas litteras επι perperam a librario in hanc vocem insertas expungendas esse. Confidentialissime igitur lege προηγμένα.



ΝΟΑΞΙΟΥ
ΠΑΙΩΝΙΑ
ΕΩΣ ΜΛΕΙΔΗ
ΝΟΣΗ ΥΣΙΚΗΛΕΧΡΙΤΩΝ
ΣΥΛΠΩ ΩΝΤΡΟΒΑΙΝΟΥΣ
ΤΩΙ ΔΚΛΙΜΑΙΝΟΜΕΝΟΥΣ
ΔΕΙΤΟΣ ΤΟΛΟΥΣΝΟΜΙΖΟΝ
ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΛΩΣΟΥ ΚΕΞΕΣΤΙ
ΕΠΙΤΑΚΡΙΣΙΚΑΤΑΦΕΥΓΕΙΝ
ΑΓΩΝΤΟΙΔΕΚΑΤΑΦΕ
ΝΟΥ ΛΕΝΗΤΤΟ ΙΑΥΤΗΝΑ
ΙΩΔΟΚΙΝΑΣΤΕΟΝΤΗΛΟΥ
ΙΚΗΝΑΙΑΤΗΝΩΝΥΣΤΕΩΝ
ΜΕΛΑΝΟΥΜΗΑΛΛΑΔ
ΩΡΑΤΙΚΟΝΕΣΤΙΝΤΡΟΣ
ΟΝΚΑΙΤΗΝΟΥΣΙΚΗΝΤΑ
ΥΠΑΓΕΝΤΑΜΕΡΗ ΕΠΤΟΝ
ΕΠΙΝΟΣΝΕΔΙΑΤΗΝΤΕΡ
ΥΠΟΜΟΣΙΑΛΑΙΤΗΝΥΧΑ
ΓΥΤΙΑ ΕΠΟΔΙΑΤΑΠΡΟΣ
ΤΟΥΤΑ ΕΠΟΔΙΑΛΕΠΑΣΕ
ΘΗΙΑ ΕΙΣΚΟΤΔΑΛΑΛΟΣ
ΑΙ ΣΚΕΥΗΟΥΚΕΦΑΛΑΙ
ΟΥ ΧΑΔΕΚ ΤΡΕΠΕΡΟΝ
ΑΛΛΑ ΧΡΙΣΤΟΝ ΣΤΟΝ
ΛΕΕ ΑΛΟΥΣΕ ΜΟΥ
ΣΙΕ ΠΑΣΑ ΣΙΔΕΙ
ΡΟΥΣΙΝ ΤΑΡΧΑ
ΤΑΧΙΔΑ ΕΣΩΔΙΤ ΡΙ
ΟΝΠΟΥ ΚΑΙ ΑΣΙΝ
ΑΝΑΤΚ ΝΕΙΡΑ ΛΒΕΙΝ
ΟΥΔΑΤΟ ΣΤΟΚΡΕΑΛΗ
ΣΕ ΚΑΙΤΕΡΟΝ ΑΧ
ΚΑΙ ΦΡΟΝ ΙΩΑΤΟΝΚΑΙΣΤΑ
ΤΙΚΩΤ ΑΤΟΝΑΧΗΚΛΕΙΟ
ΕΙΔΗΚΑ ΝΗΣΕ
ΤΟΥΤΟΔ ΣΥΧΟ ΥΛΕΜΕΙ
ΝΟΣΚΑ ΕΓΕ ΕΝΟΣΣΗΓ
ΧΕΤΟ ΣΤΟΝΔΕΤΟ
ΔΩΣΙ ΚΑΕ ΕΣΕ
ΤΕΛ ΟΥΚΑΙΤ
ΚΗΝ ΝΚΑΤΑ
ΙΚΟ

COL. XI.

C O L U M N A XI.

οὐδενὸς αἴσιου-
μενα ἐπὶ τῶν σπου δχιοτέρων;
η τεγνατίου, ἔας πλειστ
ἡ μοσικὴ μελέτη τῶν
5 συμποσίων προβάντιον οὐσα;
Τῇ δὲ καὶ μαιγομένους
αει τοὺς πολιοὺς νομίζον-
τι, καὶ παντελῶς οὐκ εὔστη
επι τας κριο εἰς καταφεύγειν
10 αὐταν· τοις δὲ καταφεύγου-
σιν οὐδεν ἥττον αὐτην α-
πόδοκι μαστεον την μου-
σικὴν δια την των ιστερον
αμελεῖαν. Ου μην αλλα δη
15 ποιητικὸν εστιν προηγμε-
νον· κ' αυτην μουσικὴν τα
συμπλακεντα περιβλεπτον
εποιησεν, καὶ δια την τερ-
ψιν ὄμιως, καὶ την ψυχα-
20 γνωγιαν, αλλ' ου δια τα προς
τουταν μιθοργουμεν' απεδε-
χθη παλαι, κ' ουδ αλλως
ἡ κατασκευη του κεφαλαι-
ου, ταχα δε καὶ προτερον
25 αλλων χρηστοτερα. Το γαρ
λεπεχθ' απο μουσων μου-
σικην, οις καὶ πασαν παιδει-
αν, καὶ τεχνας ὅσας αναφε-
ρούσιν, καὶ καταρχας παν-
30 ταχη αρχεσθαι το αγρι-
ον ποτε, οιδε καὶ πιστη
αναγνατον ειναι λαβειν,
οιδε τον Θεμιστοκλεα μη
γνωσκειν, καιπερ ου τα
35 και Φρουριμωτατον, και στρα-
τηγικωτατοι ακηκοως
ειδηκα μεν

• • • • •

40

quæ nihil a cordationibus vi-
ris reputantur? an contra, in-
terea dum univerfa fere Musi-
ca ad convivia pervenit? Huic
vero nostro, qui homines ple-
roisque infanire putat, non li-
cet ad eorum iudicia confuge-
re; iis autem qui ad ea confu-
giunt, nihilo minus improban-
da est Musica, propterea quod
recentiores eam omnino negli-
gunt. Verum enim vero Poë-
tica est producta, Musicam au-
tem, quae eidem cohaerebant,
conspicuum effecere; ac propter
oblectamentum, & animi distra-
ctionem, non propter fabulas ab
illis enarratas olim recepta fuit:
neque aliter initia comparavit,
fortasse etiam primitus præ aliis
rebus utilior. Novimus enim a
Musis factum fuisse Musicæ no-
men, quibus univerfam institu-
tionem, & artes quascumque
adceptas referunt, & ab initio
feritatem fuisse ubique domina-
tam; minime vero novimus
universis necesse fuisse Musicam
sincere sumam adipere; neque
sane Themistoclem eam cognos-
se, licet peritissimus, & fum-
mus audiret Imperator

• • • • •

• • • • •

• • • • •

• • • • •

• • • • •

V.5. συμποσιῶν) De Musica in eonviviis vide, quae mox adnotabimus ad Col. XVI, & XVII, ubi de ea pluribus disputat Noster.

V.6. τῷ δὲ καὶ μαγνητεῖ;) Heic apertissime suum adversarium Philodemus Stoieorum dogmatum arguit. Respicit enim celebre Porticus παραδέξον, quod Tullius enunciavit: ὅτι πάντες οἱ αὔτοις μανιωταί, οἳντες στύλος ινσανε. Propterea addit v. 8, καὶ πανίδας. Scitur enim est, Stoicis, ut virtutum, ita peccatorum aequalitatem fuisse persuasam: itaque stultos ex eorum sententia non plus minusve, sed ex aequo omnes omnino, ac totaliter insaniisse. Hinc Laërtius in Zenone: πάντας τε ταῦς αἴθριας μανιωταί, καὶ γὰρ Φρονμένοι εἰναι, αλλὰ καὶ τὴν τοιν τῇ αἴθριᾳ μανιαν πάντα πραττεῖν: οἳντες στύλος ινσανε, νέκεν enim prudenter esse, sed per aequalem στύλον ινσανα omnia facere. Et elegantissime Placcus II Sat. 3:

Quem mala στύλον, & quaecumque infirmitas veri
Edecum agit, INSANUM Chrysippi porticus & grex
Autumat. Haec populus, baec magnos formula reges
Excepto sapiente tenet. Nunc accipe, quare
Despiciant OMNES aequem, ac tu, qui tibi nomen
Insano posuere

Philodemi igitur argumentatio sic procedit., Ex communi veterum suffragio insert Diogenes, Musicam esse inter τα προγράμματα, atque proinde εὐχρηστὸν: atqui huiusmodi ratiocinio „stibimet repugnat is, qui multitudinem omnem insanientem putat. Si multitudo enim ε „stultis conficitur, stulti omnes omnino insaniant; quomodo ergo Musicam utilem dice „mus ob id, quod multitudini fuerit probata? Huic igitur, si stibimet constare cupiat, „ad multitudinis iudicium provocare non licet „. Enimvero Stoici non satis ubique suis principiis consonos Plutarchus arguit in libro, quem *De Stoicorum Repugnantiis* adornavit.

V.10. τοῖς δὲ καταφεύγοντος) Melius τοῖς αλλοῖς δε, h. e., alii non Stoici, qui ad „multitudinis iudicium iure eonsurgunt, nee inde argumentum sumere licet; quia multitu „do ipsa recentiorum Musicam neglexit „. Legentibus enim: τῷ εὖ εξέττι επὶ ταῖς κρι „σεις τῶν πολλῶν καταφεύγοντων, τοῖς δὲ καταφεύγοντος κ. τ. λ. huic non licet ad multitudinis iu „dicium configere, τις vero, qui configunt &c. videri possit illum ad vulgi iudicium non pro „vocasse, quod contra esse ex antecedentibus, & consequentibus discimus. Non male igitur fulspieamur voculam αλλοῖς ab exscriptore omissem.

V.13. τοῖς ὑπέρον αμελεῖσαν) Postiores Musicam & conrupisse, & neglexisse querela est Plutarchi, Arisidis, aliorumque, qui vel obiter, vel ex professo de Musica scripserunt. In pluribus etiam Scriptoris Nostri aevo Musicæ usum desissem & ipsem varii in locis inserviavit, & aliunde etiam novimus. Sic vidimus Col. IV a sacris fuisse deturbatani: & Col. V in nuptiis epithalamiorum eantum exolevisse; a puerorum autem scholis, & a conviviis etiam exulae videbimus Col. XII, & XVII. Eius igitur argumenti vis est „. Si „multitudinis iudicio standum est, non minus hodie αποδοκιμαζοντες ήντι Μεσινη, improbanda „est Musica propter vulgarem recentiorum incuriam, quam olim fuerit probanda propter „veterum suffragia.

V.14. οὐ μην αλλὰ δη) Cum primo obiter respondisset, vulgare veterum iudicium Musicæ suffragari non debere, utpote quod vel secundum ipsa Stoicorum dogmata esset flocci faciendum, vel recentiorum opinione redargueretur; proprius ad Stoicum consutandum adedit hoc pacto „. Verum enim vero, si τα προγράμματα quidquam valere debent, utique „προγράμματα εἰσὶ ποντικῶν, quod dignitatem habet, non Musica; hanc autem plora simul adgregata eonspicuum reddidere, nec alia sane de eaufa olim recepta fuit, nisi propter oblectamentum, animique distractiōnē.

V.21. μυθολογικη) Hanc vocem, vel κανονικην, vel quid huiusmodi contextus reponere videtur „.

V.25. Χρηστέρα) Utiliorem ab initio prae aliis artibus satetur fuisse Musicam, quod oblectamenti ope primorum hominum feritatem demuleere quiverit, ut ex iis, quae sequuntur adpareat.

V.27. οἷον παῖδες κ. τ. λ.) Quod universam institutionem Musis adcepit veteres retulerint, testis est Suidas: Μύσα ἡ γνῶσις απὸ τῶν μω, τοῦ Σητῶν, επειδὴ ἀπεισῆς παῖδες αὐτὴ τυγχάνει αὐτία. εικότας εν οἱ αρχαῖοι μύσαν ευτῷ εκάλεσαν: Μύσα, cognitio a verbo μω, quod εἰς inquirō; quoniam universae institutionis ipsa εἰς causa: merito igitur veteres Musam ipsam adpete-

adpellaverunt. In postremo autem hoc commate pro μουσα, legendum esse μουσικη quovis pignore contendimus. Si enim Musa universae institutionis est causa, merito universam institutionem veteres Musicam dixerunt: secus inepta est Suidae ταῦτα λογοι. Atque hoc quidem sensu saepe veteres Musicam adcipiebant, ut universem bonarum artium institutionem denotarent. Sic apud Aristophanem in *Equitibus Act. I sc. 2.* fatur Agoracitus:

Αλλ' ο' γαρ ουδε μουσικη επιταιραι,
Πλην γραμματων, και των μεντοι κακα κακος.
At ego, vir bone, nullam artem didici Musicam,
Praeterquam litteras, & male quidem has malas.

Ubi opportune adnotat Scholiares: δι μουσικη τη εργαλιον παιδιαν Φοισ: quippe Musicam appellat universam institutionem. Atque hinc latissima Musicorum adpellatio, ut *tidem*, teste Fabio Quintiliano, *Musici, & Vates, & Sapientes* indicarentur. Vide quae adnotabimus ad *Col. XXVI, & XXIX.* Idem porro της μουση etymon απο τη μωσαι tradiderat Plato in Cratyllo, & post eum Phornutus in *De Natura Deorum*: καλονται δι μουσαι απο της μωσεως: Musae dicuntur ab inquisitione. Alias etymologias videfis apud *Lil. Greg. Gyraldum* in *Syn>tagmate de Musis.* Confer, quae Noster habet *Col. XV, & XXXIV.*


V. 30. αρχεσθαι) An αρχεσθαι? Ita fortasse melius, ut indicaret ab initio feritatem ope Musicae abactam fuisse. Sed in αιθοραφη visitur εθαι. Feritatem autem ubique fuisse olim dominatam, Musicosque adpellatos fuisse eos, qui abegerunt, testissimum est apud veteres: atque hue non inepte plerique Lini, Orphei & Amphionis fabulas rescrebant. Ita Macrobius in *Somn. Scip. lib. II c. 3*: *Et ita delinimenti cantis occupatur; ut nullum sit tam immite, tam asperum peccatum, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu.* Hinc existimo & Orphei, vel Amphionis fabulam, quorum alter animalia ratione carentia, alter Saxa quoque trahere cantibus rescrebantur, sumisse principium: quia primi sorte gentes vel sine rationis cultu barbaras, vel faxi instar nullo affectu mobiles ad sensum voluptatis canendo traxerunt.


Ibid. το αγσιο) Sic Aristides lib. II pag. 67: τες μερ γαρ ουτε εν μελεσιν εύλοις, ουτε εν φίλη ποιησι μελοχηνδας αγριαδεις παγακασαι, και πλινθους εφαρ: illos enim, qui nec in ipsis cantibus, nec in nuda poesi exercitati essent, agrestes omnino ac solidos videbant.

V. 31. ουδε και πασι) E generali Musices adceptione, qua omnem scientiarum institutionem complectenteretur, male concludi adfirmat. Musicam stricte sumtam, h. e. cantum, & instrumentorum pulsationem, omnibus esse necessario addiscendam: quod Themistocles exemplo confirmat.

V. 33. το Θεμιστοκλεα) De Themistocle heic verba fieri nemo fortasse in dubium revocabit, qui, ut scribit Quintil. *Orat. Instit. lib. I, cum (lyrae) se imperitum confessus esset, ut verbis Ciceronis utar (Tusc. I) habitus est indoctor.* Rem autem sic narrat Plutarchus in eius vita: ετει και των παιδευσεως τας μερ ιδοποιεις, η προς ιδοντη τινα, η χαριν ελευθεριαν σπεδαζομενας ευχρησταις και απροθυμιας εξημανθανε οτιον θερεον ει ταις ελευθεραις και αγαιαις λεγομεναις διδιπριβαις ιπο πεπαιδευσθαι δικαιοιον χλευαζομενος, πραγκαζέον Φορικαλερον αμυνασθαι λεγων, δι λυραι μερ άρμοσασθαι, και μέλαχερισσοσθαι Ψαλτηριον ουκ επιτασαι, πολιν δε μικραν, και αδεξον, ενδεξον και μεγαλην απεργασασθαι: siquidem etiam disciplinas morales, vel ad voluptatem, vel urbanitatem exquisitas segniter & lente adripiebat unde postmodum, cum derideretur ab iis, qui videbantur liberalibus & urbanis exculti exercitiis, compulsius est adrogantiore responso se iueri: lyrae se aptandae, traftandire psalterii esse rudem; sed noſſe, quomodo urbem, quam parvam adcepisset & obscuram, claram & magnam redderet.

V. 36. ακκων;) Ita legendum adparet, licet syntaxis non bene admodum constet. Sed hoc σχεδιασμα esse festinationis plenum iampridem animadvertisimus.





TWNTIBARVIE ΕΛΙΟΥΝΟΝ
ΑΜΕΤΥΝΟΝΤΕ ΚΑΙΦΩΝΑΝ
ΕΝΟΙΣΙΩΚΑΙ ΤΥΚΥΤΡΩΓΑ
ΛΙΟΚΑΤΗΝΕΙΝΑΙΛΕΓΟΝ
ΤΩΝΠΑΡΑΤΑΛΕΙΝΑΤΟΥ
ΤΟΝΕΦΩΝΕΙ ΣΩΣΤΕΤΕΙΧ
ΠΟΝΤΙΝΤΙΝ ΟΙΜΕΛΩΝΚΑΙ
ΤΗΝΔΙΑΝΟΙΑΝΕΝΤΟΝΟΝ
ΤΩΝΠΡΟΣΤΗΝΟΙΕΛΑΙΑΝ
ΚΑΙΤΗΝΑΡΑ ΣΤΟΥCANANA
ΣΤΡΟΦΗΝ ΤΟ— ΙΙΥΝΥΠΧ
ΤΩΝΑΡΧΑΙCUNK ΗΠΡΟΣΑ
ΤΩΝΗΝΠΑΡΑΛΑ ΛΑΝΕΣΘΑΙ
ΠΛΑΣΙΕΙΣΥΠΟΤΗΓΙΝ
ΑΡΕΤΤΕΥ ΧΕΙΔΟΥ
ΠΛΗΝΙ ΣΩΤΑΙ ΥΣΕΒΕΙ ΑΣΧ
ΤΡΟΣΗΝ ΔΕΣΥ ΤΗΚΟΥ ΣΑ
ΜΕΝ ΑΡΤΙ ΛΙΛΗ ΠΟΛΗΧ
ΤΕΙΣΣΥΜΒΑΛΛΟΜΕΝ ΚΑΤΑ
ΓΕΤΟΜΟΥΣΙΚΟΝ ΔΟΣΥΠΟ
ΤΠΟΥ ΤΩΙΔ ΑΙΠΡΟΣΤΙΙΑ
ΚΙΝΑΝΔΡΩΝ ΣΤΕΚΑΙΤΟ
ΤΕΕΝΕΡΓΕΙΝ ΠΗΣΟΙΚΟ ΙΚ
ΜΙΛΛΑΡΤΙ ΟΥΣΙ ΕΙΖΗ
ΤΩΙΤΟΛΑΡΜΕΜΟΥΛ ΣΩΜ
ΝΟΝ ΠΑΙ ΙΝΙΣ ΤΑΙΙ
ΝΟΙΔΟ ΣΩΝ ΕΙΡΟ
ΤΟΝ ΘΝΑΠΕΙΡΕ ΣΙΝ ΝΥ
ΤΟΜΕΝ ΣΤΕΝ ΑΙΩΔΕ
ΜΗΔΑΜΩΣ ΣΤΑ ΖΩΝΤΑΙ
ΧΟΝΤΩΝΚΑΙΝ Ζ ΤΑ
ΤΑΙΙΕ ΕΣΩΑΙΚ ΟΥ
ΤΩ Σ Ε ΣΤΑΡΟΥ ΑΝΑ
ΜΕΝΟΝΟ ΜΗΑ ΕΝΤΙΡΟ
ΕΤΙΠΟΥΝΤ ΑΙΡΔΙΑΣ
ΓΕΙΛ ΜΕΡΤΟΥΤΟΝ ΦΙΝΟΟ
ΦΟΝΙΑΣΙΟΠΙΣΤ ΤΕΡΝΑΥ
ΤΟΥ ΛΑΤΥΣΕΙΣΤ Ν Ζ ΜΟ
ΛΟΧΩΤΑΤΩΝΑ ΕΙΣΙΕΙC
ΝΟΒΑΙΕΕΙΝΤΑΙ ΑΜΕΝΕΝ
Χ Ν Τ ΤΑ
ΛΑ ΕΙX
ΜΑ ΕΙΝ
ΠΩ ΕΡΟΥΧΙ
ΙΣΕΡΟ ΑΤΗΝ
ΤΑ ΣΕ

COL. XLI

C O L U M N A XII.

55

τῶν τι βαρβιτίσαι θυμού
ἀμαλδυούτα , καὶ Φωνῆ
εὐ οινῷ , καὶ γ λυκού τρωγά-
λιον αὐτήν ενχι λεγον-
5 τῶν παρὰ τα δειπνά· του-
το μεν Φωνεύ , ὡς σπεγγεύει-
ρούτων τίναν μέλουν , καὶ
την διανοίαν εντεινούν-
των προς την ὄμειραν ,
10 καὶ την αριστοτούσαν αγα-
στροφήν . Το τοι νῦν ἔπο-
των ἀρχαίων καὶ πρόσ α-
γωγὴν παραλαμβάνεσθαι
παιδῶν εἰς ὑπότο πω σιν
15 αρετης τε τευχει λογου
(πλὴν εώς της ε υσεβειας ,
προς ήν ή δεως αν πνουσ-
μεν αυτου αρτι , καὶ ὑπολη-
ψεις συμβαλλομεν) , ἥ κατα
20 γε το μουσικον ει δος υποτυ-
ποι , τῷδε καὶ προς την
των ανδρῶν . ὁστε καὶ το-
τε ενεργειν πας οικοδό-
μαι μ αρτυρουσιν περι ζη-
25 τα . το γαρ μεμουσωθαι με-
νου ε παιγουσιν , το δε μη .
λοιδορουσιν , καὶ τω χειρο-
του απειργουσιν . Ων
το μεν γε γενηται , το δε
30 μηδημως παθω απεκρ-
χονται , καὶ νεων δυνα-
ται λεγεσθαι , καὶ εχειν ου-
τος . εις γαρ δη τοις ανδρα-
σιν εσομενην αρτην προ-
35 έτη πονυτο . Τι γαρ δει λε-
γειν υπερ τουτον Φιλοτο-
φου , ὧ αξιοπιστον εφανται-
του τας Φασεις των βωμο-
λοχωτατων α ποδειξεις
40 νομιζειν ;
· · · · ·
· · · · ·
· · · · ·
· · · · ·
45

jubentium aliquid ad barbitum
ludere hominem , qui animum
simil , & vocem vino conru-
perit , & aientium dulce quod-
dam bellarium ipsam esse post
convivia : hoc quidem dice-
re , quasi quidam cantus ex-
citent , & intendant mentem
ad conloquia , & ad concin-
nam conversationem . Iam vero
de eo , quod a veteribus etiam
V. i. δι' ανάθεμας) De hoc Terpandri ανάθεματι, cum addita inscriptione, in qua de sedato tumultu gloriatur, nulla est apud veteres, quod sciām, mentio. Saltē eam nobis servasset Noster, ut procul dubio ab adversario fuerat adlegata! Interim animadverte scriptum esse ανάθεμα cum ē pro donario: nisi velis & hoc librarīi nostri imperitiae tribuere.

V. 4. Τερπανδρος) Terpander Derdenis filius Antissae in Lesbo natus, Musicus celebrimus, de quo inter veteres meminerunt Marmora Oxoniensia Arundell. ep. 35, Strabo lib. XIII, Athenaeus lib. XIV, Euclides Introdūct. Harmon., Nicomachus Geralenus Harm. Manual. lib. II, Boëtius lib. I, Aelianus Var. Hist. lib. XII, Clemens Alexandrinus Str. I, Suidas in Hist. Porphyrius in Ptolem. & passim Plutarchus, aliqui, quos citat Fabricius Bibl. lib. I cap. 54, qui fere omnes seditionem ab eo Musicis ope Spartae sedatam testati sunt. Veterem lyram quadrichordem tribus fidibus adiunctis septichordem fecisse memorant Strabo lib. XIII, & Euclides Introdūct. Harm. recitantes carmina ipsi Terpandro adscripta:

Ημεις ίοι θεργυρην αποσεφέξαλες αοιδήν,

Επτατονα φεριγγή νεοι κελαδημενέ μύνους.

Concepto nervis quatuor nos carmine μίσθῳ

Rite lyra heptatono πυρεος modularimur hymnos.

Κιθαραδικους νομους cum concinnasse auctor est Plutarchus, Pollux, & Suidas; atque hinc heroica scripsisse carmina eruit idem Plutarchus in De Musica: πεποιηται δη τῷ Τερπανδρῷ καὶ προομια κιθαραδικα εγένετο· ἐτι δὲ οἱ κιθαραδικοι νομοι οἱ παλαι εξ επων συντατο, Τιμοθεος εδιλωτος: fecit etiam Terpander prooemia citharoedica in heroicis carminibus; quod autem citharoedici nomi antiquitus heroicis versibus confiterint, Timotheus declaravit. Narrat praetere此 Plutarchus in Lacon. Inßtitut. eum ab Ephoris aliquando multatum his verbis: τοι Τερπανδρος αρχαικωτερος οτα και αριστον των καθ' εαυτον κιθαραδων, και των ινων πραξεων επικεντη ομοιοι Εφοροι εγριωτα, και ιην κιθαρα αυτη προπεπταταλευτων Φερόβης, οτι μιαν μονην χορδην επεινε περισσότερα ιον ποικιλου Ιης Φωνης χαρην: quae sic Xylander vertit: Τερπανδρον admodum veterum citharoedum, ac sua aetate fidicinum principem, heroicorumque fascinorum laudatorem Ephori multarunt tamen, citharamque ei ademantia in publicum adfixerunt, quod una tantum chorda amplius intendisset vocis variandae gratia. Atqui eruditus Marmorium Oxoniensem Interpretes Lydiatus, & Prideaux cum linea quinquagesimam Marm. I Arundelliani, ubi de Terpandro, sic legissent: και την εμπροσθε δημητρι μετεπησοε, explicassentque: & corau populo actionem depulit, salsum Plutarchum suisse clamarunt: eisque subscribens eruditissimus Corsinius in Fafis Atticis Olymp. 34 ait: Itaque Terpander, cum lyram quatuor solum chordis bidentis insfructam invenisset, septichordem fecit, adeoque Lacedaemonie accusatus fuit, quod severioribus Musicis legibus abrogatis mollioris invexisset. Plutarchus (Inßlit. Lac.) quidem Terpandrum a Lacedaemoniis multatum memorat; sed Oxoniensis Chronicus Autor absolutum dicit. Ac certe quidem septiformis Terpandi lyra semper a Lacedaemoniis recepta, ipseque Lyricus maximo in prelio habitus fuit; ut proinde Lacones ipsi severo decreto, quod a Boëtio (De Musica) conservatum fuit, Timothei audaciam comprefserint, qui Terpandi lyrae quatuor nervos alias adiecerat. At nimium, quanta hac in emendatione, & interpretatione viri doctissimi peccarunt. Principio minime animadverterunt Plutarchum de μιχ μονη una sola chorda lyrae addita Terpandrum damnatum narrasse; quando ipsi, quasi de tribus veteri lyrae superadditis ille loquuntur esset, falsi arguent. At quo tandem teste? Num Arundelliano marmore? minime quidem, sed ipforummet verbis, quae temere invito marmori adscribunt. Quare integrum linearum 49 & 50 periocham describamus; in ea enim tota supplenda, atque commentanda parum feliciter Critici, alioquin doctissimi, processerunt. Sic igitur typographicis formis (utnam aere cum exactissimis lacunarum interstitiis quantivis pretii marmora delineata exhibuerint!) in Londinensi ann. 1732 editione impresa legitur: ΑΦΟΥΤΕΡΠΑΝΔΡΟΣΩΔΕΡΔΕΝΕΟΣΟΛΕΣΒΙΟΣΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΟΥ Α . . . ΩΝ . . . Δ . . ΟΥΣΘΑΙΑΤΑΗ . . . ΛΗΣΕΚΑΙΤΗΝΕΜΠΡΟΣΘΕΜΟΥΔΙΚΗΝΜΕΤΕΣΤΗΣΕΝ &c. Iam vero Seldenus omisso priori lacuna legit: κυλησε και την εμπροσθ' εις διην μετεπησοε, & vertit: tibi cecinit, & actionem coram me depulit. Ipse tamen subdit: De Terpandro hoc dici nono fanus putet, quid enim cum Terpandro auctori nostro, qui quadrigenitus, aut circiter postea annis vixit? Libenter επεχω heic. Nec coniectura, quam mox profert, tanto viro est digna. Palmerius vero incassum se torfisse Selenenum ait, & sic totam periocham legit: αρ' οὐ Τερπανδρος ο δερδενος, ο Λευθης της νομης της λυρας και αυλων εδιδαζει, εις και ανηλταις συρευλησε, και

καὶ τὴν εμπροθεσμὸν δίκην μετεγένετο. Vertit igitur: *ex quo Terpander Dardeni filius Lesbiorum nomos lyricos, & auleticos docuit, quos cum tibicinibus simul tibiis cecinit, & legem rhythmi immutavit.* Vult enim, nescio quo pacto, ut εμπροθεσμὸν δίκη sit heic *lex rhythmī*. Thomas vero Lydiaus totam lectionem recipit, sed mavult, Prideauxio probante, legere εμπροσθε δῆμον; & vertere: *coram populo actionem depulit.* Atque haec est marmoris auctoritas, quam & Plutareho, & Polluci opponunt. Principio igitur ex marmoris a se restituti fide eum *nomorum lyricorum, & auleticorum auctorem faciunt*, contra quam Pollux *lib. IV* sect. 65 ait errare eos, qui *nomos auleticos Terpandro tribuant: σφαλλοτας δε οι και αποθετο προτιθεντες αυτω και σχονιωνα· έτοι γαρ αυλητικοι: falluntur ii, qui etiam (nomes) Apothetum ipsi tribuunt, & Schoenionem: sunt enim ipsi nomi auletici: quod didieerat fortasse Pollux a Plutareho, qui libro De Musica facit Clonam apotheti & schoenionis auctorem.* Quare ipsum castigandum esse pronunciat Palmerius, *quia eos non errare adserit hoc loco marmor.* Maest. At enim Suidas cum Polluce consonat, quippe solos *nomos lyricos illi tribuit: και νομες λυρικες πρατος εγραψεν.* Plutarchus vero disertissime illi auleticos nomos abiudicat, quos mox a Clona eius imitandi studio inventos docet in *De Musica*: *τον Τερπανδρον κιθαρῳδιαν ποιητην οντα νομεν εδειν ει τοις αγωσι· αποφνει δε τετον νομετα πρωτο τοις κιθαρῳδιοις νομοις· όμοιως δε τω Τερπανδρῳ Κλοναν ιον πρωτο τυπιζαμενον τεσ αυληδικους νομες: Terpandrum citharoedicorum nomorum inventorem in certaminibus cecinisse, eumque primum nomina citharoedicis nomis imposuisse: Clonam deinde, aequo ac Terpander, tibicinum nomos instituisse.* Et ne ulla relinquetur dubitandi occasio paullo infra subdit: *οι δε της κιθαρῳδιας νομοι πρωτεο πολλω χρονι των αυληδικων κατεταθησαν επι Τερπανδρο: citharoedicae autem artis nomi multo tempore ante tibicinum nomos constituti sunt a Terpander.* Illud autem multum tempus Plutarchi ipsius opinionem respicit, qui Terpandrum longe antiquorem, quam re vera fuit, putavit; ut infra ad v. 17, 18 demonstrabimus. Igitur quidvis aliud excupi a marmore debuerat, quam quod Terpander τεσ νομες τεσ λυρας και αυλων docuerit. Deinde vero nimis audax, & importuna est marmoris concretio in altera linea, ut pro μνη reponant δῆμος, atque hinc a populo absolutum velint Terpandrum contra Plutarchi fidem: quasi vero Plutarchus ignorare potuerit Terpandi lyram septichordem vulgo apud Lacedaemonias fuisse receptam, cumque ait ob *unam tantum chordam ab eo intensam fuisse multatum, de tribus veteri tetrachordo adjunctis loquatur.* Quid si alter marmor quam minima adhibita vi ad eam lectionem restitu queat, quae & Plutareho, & Polluci, alisque veteribus omnino consonet? Ergo experiamur: *αφ' ου Τερπανδρος ο Δερδενεος ο Λεσβιος τεσ νομες ΤΟΥΣ κιθαρῳδιας ενεΩΝ προς όμοιΟΥΣΘΑΙ ΑΥΛΗΓΑΣ εξελΗΣΕ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΜΠΙΡΟΣΘΕ ΜΟΥΣΙΚΗΝ ΜΕΤΕΣΤΗΣΕΝ.* Vides, ut nullo fere extantium in marmore elementorum detrimento per nos legi possit; tantummodo enim pro ΜΟΥΣΙΚΗΝ reponimus ΜΟΥΣΙΚΗΝ, illud vero Δ, quod ante ΟΥΣΘΑΙ marmoris exscriptores videbunt, esse potest dimidium τε M, quod est in integra, voce ἐμοισθαι. Sententia ergo erit: *Ex quo Terpander Dardeni filius Lesbiorum nomis citharoediciis inventis ad sui imitationem tibicines excivit, & veterem Musican immutavit.* Si ita legas, profecto nihil in marmore invenies a reliquis Scriptoribus dissidium. At quaeres, quo tandem pasto flare poterit, quod Plutarchus narrat Terpandrum ab Ephoris multatum ob unam solam chordam lyrae superadditum? siquidem Terpander ipse, ex communis antiquorum consensu, septichordem lyram Spartam primus invexerat (sive eius esset auctor, sive ab Orpheo adecepisset), nomosque instituerat ipsi lyrae aptos, qui communis plausu Lacedaemonie obtinuerunt, & summa cum religione dia fuerunt retenti. Id quidem in confessio esse Plutareho existimamus, qui post adlata a nobis verba, quibus Terpando multam ab Ephoris inrogatam narrat, statim subdit: *Τιμοθεος δε αγωνιζομεν τα Καρνεια εις των ΕΦΟΡΩΝ μαχαιραν λαβων πρωτην αυτον, εκ ποτερη των μερων αποτεμοι τας πλεισ των ΕΠΤΑ χορδων; Timotheo vero in Carnesis de certante Ephororum unus adrepto cultro eum interrogavit, ab utra parte vellet abscondi chordas, quae plures essent, quam SEPTEM?* Ergo septem lyrae chordas per ipsum Plutarchum recipiebant Lacedaemones. Si igitur Xylandri versionem retainere velis, dicendum foret, multatum ab Ephoris Terpandrum non ob septimam (multoque minus ob tres) additum, sed ob octavam, quam ipsem postea τε ποιησα της Φωνης χαρη, vocis varianda gratia superaddiderat. Plutarchus ergo heic Terpandro adscriberet, quod alii Pythagorae tribuerunt, octavam nempe chordam lyrae addidisse, ut videre est apud Bryennium *lib. I* sect. 1. Sed quis tam immane σφαλμα in Plutarcho suspicetur? Verte igitur commodius fideliusque ea verba: *μιαν μονη χορδην επειγε περισσοτερα, sic: unam solam chordam intendit vehementiorem, sive vehementius (si quam minima mutatione legas περισσοτερα) h. e. acutius.* Intenten-

tendendo enim magis chordam, acutior, ut nemo ignorat, forus excupitur: idque ad variandam, quod Plutarchus subdit, cantilenam valere Musici norunt; uno enim addito hemitono statim modus variat. Hanc igitur innovationem ipsi criminis verterant Ephori, adeoque damnarunt. Et quidem non unus Plutarchus eum damnatum narrat, sed etiam innuit Atheneus lib. XIV cap. 6, ubi narrat gloriatos olim Spartanos fuisse, se ter corruptam Musican servasse, τρεις ηδη στρωνεις διαφθειρουσσιν: consentiente scilicet historia, ut ibidem adnotat Casaubonus, quae in tres Musicos Terpandrum, Timotheum, Phrynidem animadversum testatur. Boëtius ergo unus erravit, qui lib. I De Musica cap. 20 scriptis: Septimus nervus a Terpandro Lesbia adiunctus est secundum septem scilicet planetarum similitudinem. Quam enim harmoniam a quinto nervo, quem addidisse narrat Chorebum, vel a sexto, quem tribuit Agagnidi, expectarent Musices periti? Veteri igitur tetrachordo non minus, quam tres chordas superaddi debuerant, ut duo simul iuncta tetrachorda existerent; quod nempe secisse Mercurium, sive Orpheum, sive Terpandrum veteres narrant. In hoc ergo castigandus Boëtius, non autem in eo, de quo Fabricius loco nuper citato, ubi sic ipsum redarguit: rectius fortasse septimum tonum dixisset: nam ἡρίχορδα etiamnum lyra, sed ἐπίταχογύρω usum testatur Plutarchus. At bona eius venia ipse Plutarchi mentein non bene est adsequutus, ait enim ille in De Musica: καὶ οἱ πυλαιοὶ δε πάντες οὐκ απέιροι εχούστε πασῶν τῶν ἀρμονιῶν εναις εχόστατο· εγ γαρ η αγνοια της τοιαύτης σένοχορδίας αυτοῖς αυτια γεγένται, εδε δι αγνοιαi οι περι Ολυμπον, καὶ Τερπανδρον, καὶ οι ακολεύστατης ἡ θέλων προσφέρει περιελον την πολυχορδίαν τε, καὶ ποικιλίαν. Μάρτυρε γουν τα Ολυμπον τε, καὶ Τερπανδρον ποιημένα, καὶ ταν τετοιοις ὀμοιοτεροπαν πάντων· τρίχορδα γαρ οτα καὶ ἀπλά διαφέρει των ποικιλων καὶ πολυχορδών, ἃς μηδενα δυνασθει μηκτασθει τοι Ολυμπια τρόπον, ύπερει δε τεττας εν τω πολυχορδάτε, καὶ πολυτροπώ καταγνωμένως; sed & veteres omnes nullius imperit barmoniae, tamen uis quibusdam modo sunt: neque enim ignorant tantas angustias, & paucitatem chordarum peperit apud illos: neque inficta fastum est, quod Terpander, Olympus, eorumque seductores multitudinem nervorum & varietatem fūstulerunt: atque hoc arguant Olympi, Terpandi, & aliorum, qui modum euident tenuerunt, carmina omnium. Haec enim cum tribus tantum fidibus consineantur, & simplicia admodum sint, omnibus variis, & multas chordas requirentibus praefiant; ita quidem, ut Olympi modum imitari nemo possit, inferioreisque eo omnes sint, ubi se ad multiplicem, & multis chordis opus habentem modulationem contulerint. Carmina igitur Terpandi, Olympi, & aliorum eius aetatis per Plutarchum erant τρίχορδα, non autem lyra, quae ἐπίταχορδος, sive ἐπτάτερος, iam erat; ut Fabricius discere poterat ex ipsis, quae adlegat Euclidis, Strabonis, & Nicomachi testimonii. Sed de his haec tenus, quae instituti nostri non sunt.

V. 8. πολλοι συμφωνωσι) Constanti nempe scriptorum traditione Terpander civilem sentitionem sedasse cerebatur, contra quam de Thalete, de quo varia erat fama; ut abunde iam docuimus.

V. 11. 12. μονος εν τοις Φιλίτεοις) Expungendum duximus a voce Φιλίτεοις, quae cernitur in αυτογράφῳ, primum ε, quod amanuensis errore huc inrepit. Constat enim scribi posse Φειδίτεια, φειδίτια, & φιδίτια; ita ut ει nunquam sit in altera syllaba. Sed cum Noster pro δ reposicerit λ, itaque derivarit non a φειδω, sed a φιλος, ne in prima quidem syllaba adpingenda erat diphthongus ει. Et quidem controversum fuisse huiusc vocis etymon tradit Plutarchus in Vita Lycurgi: τα δε συστια Κρήτες μεν αἰδεσα, οι Δακεδαιμονοι δε φιδίτια προστηρευεισιν, ειτε ὡς φιλια και φιλοφρονης υπαρχοντων, αιτι του λ το δ λαμβανοτες, ειτε ὡς πρις ευτελειας και Φειδω συνεθίζονται· ουδει δε καλει τοι πρωτων εξων επικινδυν Φθογγων, ώσπερ ενοι Φασιν, εδίτιων παρα την διαιταν και εδαθη λεγομεναν: convivia Cretes Andria, Lacedaemonii Phiditia nominant, vel quod amicitiam & benevolentiam concilient, (scilicet a voce φιλος) pro λ reponentes more suo δ, vel quod ad frugalitatem adsefaciant, & ad parsimoniam a voce φειδω deducunt: nihil etiam vetat dicens, primam litteram fuisse superadditam, ut aliqui volunt, quippe εδισα ab esu scilicet & convictu adpellarent; φθογγος enim heic non est vox, ut putavit Xylander, sed littera, ut vidit Stephanus in Thesauro. Verum, nescio, quomodo hacc Plutarchi verba Vir cl. citet, ut probet φθογγον pro vocali littera aliquando sumi, licet etiam pro confona adcipi fateatur; in φιδίτοις enim prima non est utique vocalis. Atque haec de scriptura. De Phiditorum autem adparatus, si lubet, consule locupletissimum Athenaei locum lib. IV cap. 8 ubi Dicaearchi auctoritatem recitat.

Quod autem ad Philodemi sententiam adtinet: Is cum dixisset omnes μουσοληπτες in enarranda Terpandi historia convenire, subdit ipsum fere unum Diogenem diversum ab aliis abiisse in eo, quod Terpandrum in Phiditiis carentem fecerit; alii enim id reticuerant.

Unde

Unde autem Diogenes id didicerit, plane nescimus; attamen suspicio est ex iisdem Pindari carminibus arguisse, quae Athenaeus recitat lib. XIV cap. 9: ut probet: τὸν Τερπανδρὸν αὐτιφθογγὸν εὔρεν τῇ πάτερᾳ Λυδίῳ πακτίδι τῷ βαρβίτον: Τερπανδροῦ respondentem invenisse Lydias peccidi barbiton. Sunt autem carmina: τοῦ τὰ Τερπανδροὺς ποθὸν ὁ Λεσβίος εὗρε πρωτός εὑ διπνοῖται Λυδίος φαλμών αυτιφθογγὸν ὑψηλὸν ἀχοντον πῆχτίδος, in quibus nullus dubito, quin legendum sit Λυδίος φαλμών αυτιφθογγὸν, & proinde vertenda: quam (βαρβίτον) Terpander olin Lesbius invenit primus IN COENIS Lydio fidium cantui respondentem, cum acutam peccidem audivisset, ὑψηλὸς enim heic non sublimis, ut Dalechampius vertit, sed altum sonum idest acutum reddentem, qualis erat peccidis, ut apud Gregorium Nanzianzenum: Φωνὴ ὑψηλοτέρα est vox elatior. In eam nempe suspicione nos traxit Philodemus ipse, qui Columna sequenti v. 9. necio quod Πινδαρεῖον, Pindari Carmen, procul dubio ab adversario adlegatum, commemorat. Vide, quae ibidem adnotabimus. Ceterum & Suidas proverbio μετὰ Λεσβίου ἄδην diserte tradit Terpandum a Lacedaemoniis dissidentibus adgitum in συστοιχία cœciniisse.


V. 14. 15. 16. τὰ τρόπον δινοται πάντειν ἀλογού μετὰ λογικὴν διαφέρειν) Id quasi in confessio erat apud omnes. Hinc Theophilus apud Athenaeum lib. XIV cap. 5 inter alia de Musica praedicat: τὰ νῦν παιδεῖν, καὶ τὰς θημοίδεις, καὶ τὰς γνωμὰς διαφόρις κατατράπαινον: mores format, iracundos, & mente discordes compescit. At enim Philosophici esse pensi ait Philodemus inquirere, quoniam pacto Musici modi, qui sunt quid irrationalē rationalium animorum discordiam sedare valeant, atque tum demum persuaderi de huiusmodi narrationum veritate. Adstruit ergo cum id impossibile esse, tum de eo inquirendo veteres Philosophos distulisse. Et quidem Aristides Quintilianus De Musica lib. II cum ad explicandum adgreditur τοις εὐθυμοῖς κατορθωσοι τὰ της Φυσικῆς πάθηματα; quinam rhythmī naturae vita sint emendantū? subdit: λεξίων δῆτα μετὰ παλαιοῖς τοῖς εἰρημένα, τὰ δὲ εἰστήν την σιωπήθεται, οὐτ' ἀγωστα τῶν συγγραφέων, τετέλεσαν· ἀλλὰ γαρ τὰ μετὰ αὐτοῖς εὐ συγγραμμένοι κατετάττετο, τὰ δὲ απορρητοτέρα ταῖς πρὸς ἀλληλες ὄμιλοις διερχότερο: dicam autem quaedam veteribus nonnullis dicta, quaedam ad hoc usque tempus silentio praetermissa, nec scriptorum ignorantia, nec invidia etenim alia scriptis ipsi inserebant, abſtrusa vero familiaribus conloquiis reservabant. Pluribus deinde eam disputationem prosequitur inter quae sic habet: ὅτι μετὰ φυσικῆς ὑπὸ της διὸ ὄργανων μετοικεῖ, ἀπατεῖ μεταστοι ὡς ἀρμονία τις ή φυσική καὶ ἀρχοντικὴ διὰ ρύθμου, καὶ μετὰ τοι καὶ η κατὰ μετοικεῖν ἀρμονία διὰ τῶν αὐτῶν επιχειρουσαν συνεργῶσα, κινημένη δὲ τῶν ὄμοιων, καὶ τὰ ὄμοια πάθη συγκεται: nam Musica, quae instrumentis fit, naturaliter animum moveri omnes norunt quippe animus est harmonia quadam, & quidem harmonia per rhythmos existens; quae vero in Musica est harmonia cum per easdem proportiones conset, motis similibus, etiam similes affectiones simul mouentur. Sed altera cam quaestione absolvit Galenus lib. IX de Hippocratis, & Platonis Dogmatis: ερετρῶν γαρ ετὶ τέτο τῆς απὸ τὸ Χρυσιππὸν. Δάμον δὲ μετοικεῖ αὐλήσιδι παραγωμένος αὐλητὸν τῷ Φρυγίῳ νεκαῖς ήσου εὐημένοις, καὶ μανικά ἀττα διαπραττομένοις εκελευσταὶ αὐλητοὶ τὸ δάμον: οἱ δὲ εὐεὺς επεισέπει την ευπλήκτην φοραν· εγαρ δηπτε τὰς δοξας τη λογικήν μεταδιδοσκοται πρὸς τὰς αὐλητας, ἀλλὰ το παθητικὸν ἡ φυσική, ἀλογού μεταρχον, επεγειροται τε, καὶ πρεσβύτορα διὰ κινησεων αλογων· τῷ μετὰ γαρ αλογῷ διὰ τῶν αλογῶν ἡτε αρθεῖα, καὶ η βλαβή· τῷ λογικῷ δὲ διὰ επιστήμην τε καὶ ευμάθειαν: nam qua de causa effectum est, obsecro (ita enim Chrysippus percontabor), ut simili ac Damon Musicus tibicinae, quae adolescentibus quibusdam temulentis, infanaria agentibus Phrygium canebat, mutare modum in Dorium iussit, continuo illi a temerario impetu defliterint? Non enim rationalis facultatis opinio-nes dedocere, ac mutare cantilenis valens; sed affectibus obnoxia animas pars, cum sit irrationalis, ipsa sane motibus irrationalibus & excitari, & fedari potest. Ita enim natura comparatum est, ut irrationalē ab irrationalibus, rationale a scientia, & inscitia vel utilitate, vel detrimentum aliquatenus poterat, utpote qui αλογού animae partem admitteret. Tractat etiam huiusmodi quaestione Plutarchus lib. de Virtute Morali.

V. 17. 18. τὰ Θαλητάς καὶ Τερπανδρός) Cum Philodemus iterum Thaletem Terpandro præponat, indicium est, alterum altero antiquiore censuisse: cuius auctoritati omnino standum esse arbitramur, quidquid contra sentiat Plutarchus, qui semper Terpandrum, ut antiquissimum nominat, & usquequaque Thaleti anteponit; imo apertissime in De Musica scribit: η μετ οὐρ πρωτόν καλεῖται τῶν περὶ την μετοικην εν τῃ Σπαρτη Τερπανδρός κατατηγοντος γεγενηται, της δευτέρες θαλητας τε ο Γορινος, καὶ Σενόδαμος ο Κυθηριος κ. τ. λ. prima proinde Musicae constitutio Spartaæ facta est a Terpandro, secundae auctores fuere Thaletas Papyr. Vol. I.

Gortynius, & Xenodamus Cytherius. Et iterum: προτερα μεν γαρ οἱ Τερπανδροι καινοτομία καλοι τινα τροποι εις την μεσωνη εισηγαγεν. Πολυμηκος δε μετα του Τερπανδρεον τροπη... ὁσαντως και Θαλητας, και Σακαδας: primum enim Terpandi nova moltio venustum quemdam modum in Musican invenit: Polymenus vero post Terpandi modum... ut, & Thaletas, & Sacadas. Et in eadem sortasse opinione versatus est Aelianus, qui in *Var. Hist. lib. XII cap. 5.* Terpandrum Thaleti, & Tyrtaeo praeponit; & Nicomachus Gerasenus, qui *lib. II* Orphei supparem facit. Sed hisce procul dubio fraudi sicut Glaucus Italicus, qui ut Plutarchus in eodem Dialogo *De Musica* refert, in quodam libro de veteribus Poetis & Musicis priorem eum Archilochu pronunciavit: ait enim ipsum secundum extitisse post eos, qui primi tibiis canere insituerunt: και ίοις χρονοις δε σφοδρα παλαιοι εστι· προβούτεροι γουν αυτοι Αρχιλοχου αποΦαινει Γλαυκος εξ Ιταλιας εν συγγραμματι την τω περι των αρχαιων ποιητων τε και μεσων· Φασι γαρ αυτοι δευτεροι γενεσαι μετα της πρωτευς ποιησαντας ανθεδιαν. Glaci igitur auctoritati adquiescens vir immensa lecturen Plutarchus non adtendit ad ea, quae ipsem alibi scriperat. In *Laonicis* enim *Institutis*, quamquam Τερπανδροι αρχαιωτεροι sibi constans pronunciet, facto tamen, quod ibidem narrat, cum a tam remota antiquitate deturbar, utpote quem scribit ab Ephori multatum, quod unam tantum citharae chordam intendisset: atque Ephori longe post Lycurgum, cui aequalem suisse Thaletam alibi scripti sunt instituti, h. e. annis circiter triginta supra centum, rege Theopompo, ut ipsem in *Vita Lycurgi* docet. Quae epocha parum certe distat a Carneorum institutione, quae Olympiade XXVI facta est, in quibus Terpander primus vicit, ut Athenaeus tradit *lib. XIV cap. 9*: οτι δε και Τερπανδροι αρχαιωτεροι Ανακρεοτος δηλον εκ τετων· τα Καρνια προτος παιδιαν Τερπανδροι νησι, οις Ελλανικοι ιστορει, ει δε τοις εμμετροις χαρακονικαις, και τοις καταλογαδην· εγενερο δε η θειος των Καρνια παρα την έκτην και εικοσην Ολυμπιαδη, οις Ζωγρος φησιν ει τω περι χρονων: Anacreonte vero Terpandrum esse vetustiorem, hoc argumento εστι, quod in Carniis omnium primus vicerit, ut scribit Hellanicus in suis metris, singillatim recensens in Carniis vitioriam adsequutos. Sunt autem dies festi illi vicefima sexta Olympiade instituti, ut ait Zosimus libro de Temporibus. Neque ab ea aetate nimis distant Auctor Chronici Arundelliani, qui eum Archonte Dropylo, & Eusebius in suo Chronico, qui iuxta Scaligeri editionem anno ante Christum 675 floruisse dicit. Subdit etiam Athenaeus Hieronymi testimonium, qui Terpandrum Lycurgo aequalem suisse scriptis, sed procul dubio Hieronymus Terpandrum cum Thalete memoriae lapsu consudit.

V. 20. την Συβαρειτων) Supple *ιστοριας*. Huiusmodi autem historia, quam satis obscure indicat Noster, eadem, ni fallor est, quam tradit Athenaeus *lib. XII cap. 3*: ο παρα του θεου χρονος συμπαρεχων παντας (*Συβαρειτας*) εκτριψοι, και ποιησας ζησαι οπερ του μετρου εκλεχυμενος: *Dei oraculum incitasse omnes (Sybaritas) ad delicate vivendum, & supra modum voluptate dissolutos.* Huic enim oraculo ut parerent, quid aliud facerent, quam coquos, & unguentarios adcirc?

V. 32. 33. περισπει μουσικαις θυχαγωγιαις προσαρμοσον) Id sane ne Musicae quidem laudatores dissetebantur; ut scilicet Musica auditores oblectando ab aliis cogitationibus distraheret, & ad ea, quae insinuari vellent, adtraheret. Id diserte docet Aristides Quintilianus *lib. II De Musica*, & auctoritate Platonis confirmat, quare concludit: πασης γαρ παιδευσεως ητοι δια παιδις, οις της απο νομων, η δια τειχων, οις της ει οικιλαις τας προτροπας ποιεμενης, αμφοτερα η μουσικη κρατει, και λογω, και μελει τον ακρατηρι διελυμεν, και ποικιλαις μεταβολαις θωμας τε, και σχηματων ει οικειοτητα των λεγουμενον επισπομεν: cum enim omnis instruacio aut per animi commotionem, uti quae per nomos fit, aut per suasionem, ut quae fit in colloquiis, abdortiones faciat, utramque Musica tenet, tam sermone, quam cantu auditorem in servitutem redigens, variisque & vocis, & figurarum mutationibus ad eorum, quae dicuntur, familiaritatem adtrahens. In quibus verbis animadvertere licet, commotionem quidem Musicis modis adscribi, persuasionem vero proprie sermonibus adtribui: id quod probare nititur Philodemus, quasi adversarii omnem suadendi vim uni Musicae tribuerent.



Τ ΚΟΙΟΥΣΕΤΙ ΑΓΩΝΙΣΕΝ
ΕΤΕΡΤΠΟΝ ΟΤΕΡ ΝΑΡΟΣ ΤΟΥΣ
ΔΕΛΑΚΩΝΑΣ ΑΓΩΝΕΙΝ ΠΡΟ
Α ΡΟΥΜΕΝΟΥ ΣΤ ΚΙΛΑΝΤΕΙΛΙ
ΚΑΛΟΓΩΔΙΣΣΟΥ ΠΡΟΔΗΣΕΝ
ΑΓΑΠΟΤΘΕΙΣΑ ΛΙΤΝΙΣΤΑ
ΣΙΝΑΛΛΑΜΗΝ ΛΙΤΩΜΕΝ*
ΚΑΙ ΑΣΤΗΓΧΟΡ ΝΟΥΚΑΚΡΙ^{ΩΝ}
ΩΙΣΤΟ ΤΑΙΤ ΕΠΕΝΔΑ
ΡΕΙΟΝΕΙ ΤΗΣΑΙΧ ΟΙΑΣΕΠΕΙ
ΣΙΝΟΥΚΟΙΔΑΜΕΝΕΙΔΟΥΝΕ
ΚΑΤΕΡΟΝΕΓΕΝ Τ ΔΙΔΑΛΟΓΩΝ
ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΜΕΝ ΙΝΤΟΙΚ^Ω
ΤΙΚΩΣΕ ΙΛΑΝΟ ΔΑΜΕΛΣΕΝ
ΕΤΙΔΑΝΚΑΙΟΙΚΟΝ ΤΟΜΑΛΛΟΝ
ΕΙΔΙΑΤΕΖΩΝΑ ΠΕΤΡΕΤΠΟΝΟΥ
ΓΑΡΑΥΤ ΥΔΑΠΕΡ ΕΦΩΒΣΑ
ΡΑΝΟΜΑΣΚΑΒΑΤΕΡΣΩΛΝΑ
ΠΕΡΙΣΑΛΛΑΜΙΟΣΩΜΑΙΝΟ
ΛΕΝΟΝ ΚΑΛ Ο ΚΑΝΑΤ
ΔΙΕΛ ΓΕΙΑΣΤΟΔΕΙΣΤΩΝΕΓΙ^Ω
ΤΩΝΩΝ ΜΕΛΟΥΠΤΟ ΡΑΦΣ
ΜΕΝΟΥΚ ΤΙΑ Ν ΙΤΕΡΑΝ
ΔΛ ΔΗΝΙΑΛ Ο ΔΑΛ Σ
ΛΙΕΝΙΣΟΥΤΟΣ Λ ΛΕΤΑ
ΤΗΣΕΤΙΗ ΗΛ ΣΟΥΚΙΚ^Ω
ΛΙΓΙΔΟΤΡΑΦΕ ΣΧΟΝΕΣ ΙΝ
ΣΤΕΦΑΓΡΑΦΕΙΠΣ ΤΙΣΕΥ
ΣΕΒΑ ΑΜΕΤΑΒΗ ΣΛΕΓΣ
ΛΙΕΝΙΣΕΙΚΑΡΙΝΤΣ Λ
ΣΟΙΤΟΒΕΙΟΝ ΔΙ ΟΥΣΙΚΙΙC
ΤΠΟΤΩΝΗΟΛΑΣ ΛΙΚΕ ΑΝ
ΕΙΝΑΙ ΤΗΜΟΤΣ ΜΗ ΗΣΕΥ
ΣΕΒΕΙΑΣΟΗ ΛΑΜΑ^Ω
ΓΕΙΡΙ ΗΝΟΙ Η ΣΕ ΚΑ
ΓΙΑ ΤΕΙΡΚΗΝΟΙΧΣ ΕΙΜ^Ω
ΚΑΙ ΣΤΕΡΑΝΟΠΕΚΙ ΛΙ^Ω
ΜΑΥΡΕΥΤΗΝ ΚΑΙ ΣΙ^Ω
ΚΗΝΕΤΙΚΕΙ ΜΥΡΓΙ ΝΟ
ΔΟΛΙΚΗΝΓ ΡΑΦΙΚΗΝΠ Λ
ΣΤΕΧ Τ ΣΛ ΣΛ ΣΛ ΕΡ
Π ΛΙ^Ω ΜΟΤΟ
ΛΟΣ ΣΠΕΙ

C O L U M N A XX.

τετρας επι των αγωνων
 ετερπεν ο Τερπανδρος . τετρα
 δε Δακωνας α πειθειν προ-
 αιρεμενες τα μαντειω,
 5 και λογω δισως προαχθευ-
 τας αποτεθεισαι την στα-
 σιν . Αλλα μην και το μεν
 και τα Στησιχορον εκ ακρι-
 βως ιστορειται , το δε Πινδα-
 10 ρειου , ει της δικουοιας επει-
 σεν , εκ οιδαμεν . Ει δ' εγ γενετο δια λογων
 κατεργον εγενετο δια λογων
 κατεσκευασμενων ποιη-
 15 τικως , επειδαγ ου δια μελων ,
 ετι δ' αν καθικοντο μαλλου .
 ει δια πεζων απετρεπου . ε
 γχρ αυτας απειργε Φοβος πα-
 ρανομιας , καθαπερ Σολωνα
 περι Σαλαμινος , ας μαινο-
 20 μνων συμβουλευσαντα
 δι ελεγειας . Τοδ' εις των επι-
 γουων μελων υπογραφω-
 μεν , εκ απιθανωτερου
 αλλην Δανοιαν διαλαβω-
 25 μεν , ας θεος . το και μετα
 της επισημασιας τα κω-
 μαδογραφε Φατεου εστιν .
 Ωστ' εφ' ο γραφει περι της ευ-
 30 σεβειας μεταβ αντες λεγω-
 μεν , ας , ει χαριν τα τιμα-
 οθαι το θειον δια μετικης
 υπο των πολλων , οικειων
 ειναι την μεσηκην της ευ-
 σεβειας οικομεθα , και μα-
 35 γειρικην οικο μεθα ,
 και στεφανοποιητικην , και
 μυρεψικην , και σιτοποιητι-
 κην , ετι δε γεωργιαν , οικο-
 δομικην , γραφικην , πλα-
 40 στικην· τας γαρ τεχνας , απειρ
 πολλας , οικειας αν τις ηγοιτο
 .
 φη .
 επειδε?

istos in agonibus Terpander ob-
 lectavit ; Lacedaemonas vero ,
 qui oraculo non parere malue-
 rant , oratione fortasse impulsos
 a seditione cessasse . Atqui etiam
 primum a Stesichoro non ad-
 accurate narratur , alterum vero ,
 quod Pindarus resert , an dif-
 fidentes persuaserit , ignoramus . Si igitur utrumque adci-
 dit per sermones poëtice ador-
 natos (quandoquidem non per
 cantus); facilius fortasse id es-
 sent adsequuti , si prorsa oratio-
 ne essent dehortati . Non enim
 eos detinebat legis transgredien-
 dae timor , tanquam Solonem ,
 qui de Salamine recipienda fu-
 rorem simulans consilium dedit
 per carmen elegiacum . Idem de
 insequentium aetatum cantu sub-
 scribamus , neque incredibiliorem
 aliam sententiam , ut iste , am-
 plectamur : quod etiam secun-
 dum Comici poëtae sensum di-
 cendum est . ¶ Itaque ad ea , CAP. XI.
 quae de religione scribit , gra- An Musica
 eo nomine
 dum facientes dicamus , quod si randa , quod
 propterea , quia Divinitas a mul- religioni vul-
 tate inferiatur

per

V. 1. επι τας αγωνας) In agonibus se Terpandrum exercuisse constat , & ex eo , quod in Carnis primus vicerit , ut in praecedenti Col. ad v. 17 adnotavimus ; & ex Plutarchi *De Musica* testimonio , qui eum quater continentis ordine Pythia vicens traditum scribit : τα πυθια τετρακις εξης νενικησας απαγειραπται .

V. 8. κατα Στησιχορον) De Stesichoro Himeraeo celebri poeta procul dubio sermo est , qui floruit ab Olympiade XXXVIII usque ad LXI , cum ad summam pervenerit senectutem , ut testatur Lucianus in *Macrobiis* . Eius Poëmata libris sex & viginti contenta suisse tradit Suidas ; & Athenaeus eiusdem ασματων meminit , de quibus vix pauca fragmenta subsuntur . De ipso narrat Plato in *Phaedro* , oculis captum suis , quis Helenae maledixerit , quod a Musis cdoctus ut cognovit , palinodiam ceciniisse , visumque recuperasse . In Musica etiam excelluisse narrat Plutarchus ex Glauco testimonio in *De Musica* ; eumque , neque Orphei , neque Terpandi , neque Antilochi , neque Thaleitis , sed Olympi fuisse initiatorem . Plura de eo qui cupit , adeat Lilium Gyraldum *Dialogo IX* , cap. *Do Poët. Hisp.* Cave igitur , ne ipsum inter Historicos adcentas , propterea quia Philodenus dicit ἴστοριαι ; potuit enim etiam carminibus Thaleitis historia enarrari ; unde factum est , ut eadem , quippe a Poëta non id agente , εκ αριθμων , minus adcurare , enarraretur .

V. 9. Ιο δε Πινδαρεον) Pindari de Terpandro loquentis carmina procul dubio Stoicius adlegaverat , sicuti Stesichori de Thaleta narrantis . Hunc tamen fatis obscurae de Thaleta narrasse responderet Philodemus , atque a Pindari versibus expiscari minime posse , an re γε σεditionem compescuerit Terpander . Huiusmodi autem carmina in iis , quae ab Pindari subsuntur , non offendimus ; sed verosimiliter illa erant , quae ab Athenaeo recitantur , nosque in praecedenti Columna ad v. 11 , 12 protulimus . Sed alibi etiam Pindarum de Terpandro meminisse testis est Plutarchus *De Musica* , ubi ait : και τοις της ορθιας μελαδις ιπποτον . . . ειδε , καθαπτερ Πινδαρον Φοιον , και τωι σκολιων μελον Τερπανδρος ενερτεν νυ : & ορθιαις cantilenαι modum . . . novit , ut Pindarus tradit , & scolia carmina Terpander reperit .

V. 18. καθαπτερ Σολωνα) Ut ista probe intelligeremus , riteque suppleremus , Plutarchus faciem nobis praebevit ; sic enim in Solonis vita rem enarrat : επει μακρον την και δυοχρηστολεμον οι εν ατει περι της Σαλαμινων ντον Μεγαρευσι πολεμηστες εξιμανον , και νομον εθνο , μητε γραψαι τηνα , μητ' ειπεν αυδις , ος χρι την πολιν αντιποιεσθαι της Σαλαμινος , η θεντος Σημισται , βαρεως θερων την αδεξιαν ο Σολων , και τον γεων ορον πολλας δεομενες αρχης επι τον πολεμον , αυτους δε μη θαρρυντας αρχασθαι δια τον νομον , επικρατεο μεν ειχασιν των λογισμων , και λογος εις την πολιν εκ της οικιας διδειν παρακινητικως εχειν αυτον . ελεγχεια δε κριθα τυθεν , και μελετησας , οφε λεγειν απο τοματος , εξεπηδησει εις την αγοραν αφιν πιλιον περιβεμενον . οχλος δε πολλας συνδρομοντος , αναβας επι τον της κηρυκος λιθον ειδη διεξηλθε την ελεγχειαν , ης ετη αρχη .

Αυτος υπρεξ ηλθον αφι' ιμερην Σαλαμινος

Κοσμον επειων φδην αγτ' αγορη θεμενον .

Τετο το ποιμα Σαλαμινος επιγειραπται , και τιχων έκατον ετι Χαριετως πανι πεπομπεον . τοτε δε ασθεντον αυτω , και των Φιλων της Σολωνος αγξαμενων επανειν , μαλιστα δε τη Παισιφράτη τοις πολεματαις ευχελευομεναι και παρορμανοις πεισθησαι τω λεγοντι λισσωτες τον νομον , αυδις ήπιοντο τη πολεμη προστησαντο την Σολωνα . Cum Athenienses diuturno bello & gravi de Salaminiorum insula cum Megarenibus gesto fatigentes fansiſſent lege poenam capitalem : si quis rogationem ferret , vel referret iterum ad cives de adserenda Salamine ; eam infamiam Solon graviter ferens , quem videlicet inventum magna ex parte occafionem quaerere arma movendi , neque eos tamē metu legis audere id incepere , simulacrit dementia , rumorque per urbem e domo eius percirebuit , eum esse furore corruptum . Composuerat autem elegos , quos meditatus , ut memoriter recitare eos posset , pileatus profiliuit repente in forum . Ingenti concursu factio , fugieſſum praeconis concendit , & cantu eos versus pronuntiavit , quorum hoc est exordium :

Adsum praeclarae praeaco Salaminis ab ora

In coetum vestrum dulce poēma ferens .

Huius poēmatis inscriptio Salamis est , & versus continet centum sane quam venuſte scriptos . Quos ubi cantavit , & amici eius coepere laudare , praecipue autem adhortatus Pisistratus cives est , & inflammavit ad parentrem dicenti , solverunt legem , bellumque de integro suscepserunt , rebus gerendis praefecti Solone .

V. 21. 22. τοδε εις των επιγονων μελον) Eadem nempe responsione utendum ait adversus ea ,

ea, quae praedicarentur de aliorum Musicorum miraculis sive in sedandis, sive in extintandis animi motibus, qualia vel Damoni, vel Cliniae Pythagorico, vel Empedocli, vel Antigeni, vel Timotheo adscribabantur.

V.24. ἀσθ' εφ' ἡ γαΦει περι ίης ενεργείας) Liberat iam Noster suam fidem, quam Col.XII v.16 & seq. obligaverat, se mox responsions adlaturum ad ea, quae Stoicus de pietate disputaverat. Primum igitur argumentum, quod per *Musican honore Divinitatem plerique professantur*, reicit, excipiendo plurimas esse artes, per quas Dii honorentur, quas tamen tanti faciendas esse nemo unus contenderet.


V.25 & seq. και μετα της επισημασίας κ.τ.λ.) Quo haec potissimum respiciant, dividere non audemus. Nos utique cum antecedentibus ea copulavimus, putantes Comici autoritatem a Stoico adlatam illuc pertinere: illud enim μετα επισημασίας negotium facessivit. Sed si illud μετα interpreteris περι, quod sane nusquam, quod norimus occurrit, vel potius pro errore μετα substituas περι, omnia plana fiunt, & cum sequentibus rite connecti queunt: ita ut hinc incipiat cap XI, in cuius fine iterum Comici sit mentio: atque sensus tum erit: iam vero de Comici interpretatione dicendum est. Itaque gradum facientes ad ea, quae de pietate scribit ε&c.


V. 34. 35. και μαγειρικην) Nemo sene mirabitur, si Noster inter eas, quae ad pietatem foyendam aliquo paēto inserviunt, principem tribuat locum coquinariae. Scitum est enim quoq[ue] antiquitus omnes sacrificiorum ritus, & ceremonias calluisse; qua de re non commendam, sed dienitatis, sanctitatisque plenam artem profiteri censebantur. Pluribus id docet Athenaeus lib. XIV cap. 23, ubi praeter ea, quae ad Col. V. v. 26 adlegavimus, ait: ὅτι δε σεριον και ἡ μαγειρικη, μαθαιν εγιν εκ των Αθηνησ χρυσων· οίδε γαρ μαγειρων και βετυπων επειχοτ ταξιν: venerandam esse coquorum artem liquet ex Atheniensium praeconibus, qui ex ordine coquorum & viaticariorum fuerunt; & paullo infra multa Anthemienis carmina recitat, qui in Samothracibus coquum induxerat de natura disceptantem, quorum hoc est initium:

Oυχ οιοθ', οτι πανθων ἡ μαγειρικη τεχνη
Προς ενεργείαν πλειστη προσευμεχθ' θλως;
Νεζις omnibus ex artibus coquinariam

Ad pietatem omnino contulisse plurimum?

Vide interim, quomodo heic Librarius noster hallucinatus bis exaraverit και μαγειρικην οιησουεθα; fraudi enim ipsi fuerat verbum οιησουεθα in uno atque altero versu ob Auctore repetitum; quare mox suum σφαλμα animadvertisens uncis integrum versum abradendum inclusit: quod iterum Col. XXIX, ac tertio Col. XXXVI peractum ab indiligent homine certes; ut minime dubites, se ista κερματα non a distante, sed e scripto exceperis.





ΔΙΑΥΤΗΣΟΥΔ ΕΙΣΤΙ ΜΑΘΑΙ
ΔΙΟΤΙΚΑ ΤΑΤΟΥ ΣΕ ΣΩΙΚΟΥΣ
ΠΟΛΛΟΙ ΘΕΟΙ ΟΝΤΕΣ ΕΚ ΘΡΟΙΣ
Κ ΔΑΝΟΗ ΤΟΙΓ ΑΓΑΛΗΝΟΥΔ Ω
ΝΕ ΟΠΟΙΔΗ ΚΑΣΙΝ ΚΑΙ ΤΡΟΣ
ΤΟΥΤΟ ΚΟΣΤΙΔΙΑ ΤΩΝ ΠΡΗΜΑ
ΤΩΝ ΜΑΛΛΑΝ ΓΙΝΕΤΑΙ ΤΙΣ
ΜΗΙΑ ΧΕΙΑΝ ΔΕΤΟ ΜΕΛΟΣ
Χ ΣΠΡΟΣ ΒΕΣΙΝ ΚΑΙ ΟΜΙΝ
ΔΑΡΟΝ ΟΥΤΩΝ ΟΜΕ ΕΙΝΟΥ
ΤΕΦΗ Η ΟΥΣΙΝ ΠΟΙ ΛΑΙΔΙΟΥ
ΡΑΜ ΒΟΝΑ ΛΛΑ ΔΗΝ ΚΑΙ ΤΟ
ΤΑΜΕΛΗ ΔΙΑΤΟ ΣΑΤΩΝ ΕΕ
ΩΝ ΕΚ ΑΣΤΩ ΚΩΜΙΣ ΚΟΝΕΙ
ΔΕΤΕΡ ΦΑ Φ Ε Τ Ε Ο Σ Σ Ι Α
ΣΥΝΤΟΙ Σ Α Λ Λ Ο Ι Σ Τ Ο Ι Σ Ε Λ Η
Δ Ο Υ Σ Ι Β Ν Μ Ο Υ Σ Κ Ι Σ Ν Ε Ι
ΜΗ Δ Ο Φ Ε Ν Η Σ Α Ρ Α Σ Υ Ν Ε Μ Ε Ι
Β Ε Τ Ο Κ Α Τ Τ Ζ Ζ Ω Ν Ε Τ Ε
Ρ Ο Υ Σ Ε Τ Ε Ρ Α Μ Ε Λ Η Π Ρ Ο Σ Ε
Σ Β Α Ι Κ Α Π Ρ Ε Π Ε Ι Ν Ε Κ Α Σ Τ Ο
Ι Δ Ι Α Κ Α Τ Ι Δ Ε Ι Τ Α Λ Α Β Υ
Λ Α Ζ Ε Ι Ν Α Υ Τ Ο Υ Ε Χ Α Σ Τ Ρ Ο Σ Ε Ν
Σ Ι Τ Σ Α Ρ Ε Σ Ι Ν Ε Ι Ν Ε Σ Ι Ν Ε Σ Ι
Τ Ω Ι Κ Α Ι Ο Ρ Ο Υ Σ Ε Σ Ε Σ Ι Σ
Κ Α Ι Α Π Ο Δ Ε Ι Σ Ε Σ Ι Σ
Λ Α Σ
Υ Τ Α Χ Ε Ι Ν Ε Α Σ Ι Ν Ε Κ Α
Α Μ Ε Ρ Ο Τ Μ Ε Σ Ι Ν Ε Σ Ι Ν Ε Σ Ι
Σ Α Ν Τ Ι Τ Ο Υ Τ Ζ Ζ Η Σ Ι Ν Ε Σ Ι
Μ Ε
Ω Ν Α Λ Ο Σ Κ Α Τ Α Σ Ι Ν Ε Σ Ι
Δ Α Ε Κ Τ Ι Κ Ο Σ Ε Τ Τ Ζ Ζ Α Σ
Σ Α Ι Ε Ζ Ζ Σ Ν Π Α Ρ Α Τ Ε Σ Ι
Ο Ι Σ Ο Υ Κ Α Λ Σ Κ Ν Ε Ν Φ Ε Ε Κ Α Τ Α
Σ Ε Λ Α Σ Ω Σ Ε Κ Κ Ε Ι Μ Σ Σ Ε Σ Ι
Σ Π Ο Λ Α Σ Ν Ε Μ Π Ε Ι Ρ Ι Σ Ζ Ζ
Λ Ε Ν Ω Σ Σ Ο Υ Τ Σ Μ Ε Ρ
Σ Ε Σ Τ Α Π Σ Α Σ Α Σ
Φ Ι Λ Ο Τ Χ Ν Ε Ν Σ
Ε Ι Ν Υ Χ Σ Η
Ε Σ Ι Ν

C O L U M N A XXI.

δι' αυτης οδε εις τιμαται,
 διοτι κατα της Στωικης οι
 πολλοι Θεοις οντες εχθροι,
 και ανοητοι τας απνθινας
 τιμας των χρατιστων οδε α-
 νειροποληκησιν· και προς
 τετοις διτι δια των ποημα-
 των γε μαλλου γινεται τι-
 μη, βραχειαν δε το μελος ε-
 10 χει προσθεσιν· και τον Πιγ-
 εαρον διτω νομιζειν, δι-
 τ' εφη, θυσων ποιησεθαι διθυ-
 ερμβον, αλλα δη και τον
 τα μελη διαταττονται των θε-
 15 ων έκαστω Καιμηλον· ει-
 δ' έτερος, αφετερος ειναι
 συν τοις αλλοις τοις γε λη-
 ρωσι των μεστηνων· Ει
 μη Διογενης αρχα συνεπε-
 θετο και τω, των θεων έτε-
 ρος έτερα μελη προσιε-
 σθαι, και πρεπειν έκαστοις
 ιδια. Και τοι δει τ' αλλα θαυ-
 ματιζειν αυτων· και προς συν-
 εσιν γαρ ευχρηστον ειναι
 των και ορους, και διαιρ εσεις,
 και αποδεξεις πολλας
 ιπαρχειν ενα εμονικην· και
 θαπερ διτε μουσικος ευμολπη-
 20 σον αντι τητων ήρμοσμε-
 νου αλλως, και αυτον δη δι-
 αλεκτικως επιτυγχανε-
 σθαι η των παρα τοις μεσι-
 κοις οκτω αυνετων, και κατα-
 25 γελαστως εκκειμενων, η
 πολλων εμπειριων των χρω-
 μεγων τετωις, περι ον ε-
 ξεσται πασας αγαλογιας
 Φιλοτεχνειν· το γαρ περιγο-
 30 ειν ευχρηστον προς συν-
 εσιν
 .
 .
 .

per eam nemo unus honore adsi-
 citur, propterea quod, cum secun-
 dum Stoicos multitudo sit Diis in-
 fensa, & vecors, veros honores
 praestantissimae naturae ne somnia-
 vit quidem: ac practerea quia per
 poëmata magis Diis redditur honor,
 & cantus nonnisi modicum quid il-
 lis adiungit: atque Pindarum in ea
 sententia fuisse, cum ait, se divino
 furore percitum scripturum esse di-
 thyrambum: imo etiam Comicum,
 cum unicuique Deorum suos cantus
 adsignat; sin vero aliter sensere, iis
 valedicere iubemus una cum aliis
 ineptientibus Musicis. Sed Dioge-
 nes utique unus sibi persuasit etiam
 istud, Deorum alias cantibus
 oblectari, & singulis proprios con-
 venire. ¶ Atqui opus iam est alia
 eius monstra admirari. Etenim ad
 intelligentiam quoque excitandam
 valere, ait Enarmonicam, eo quod
 & terminos & differentias, & pro-
 bationes multas suppeditet: exempli
 gratia, cum Musicus cecinit loco
 eorum, quae tradita antiquitus sunt,
 cantilenam a se aliter concinnatam,
 secummet disputando adsequi vel
 eas rationes, quae a Musicorum
 vulgo minime intelliguntur, atque
 adeo risu excipiuntur; vel multa
 tentamina eorum, qui hisce can-
 tilenis utuntur, de quibus operae
 pretium erit omnes analogias stu-
 diose inquirere. Comminisci enim
 & investigare rationes ad intelli-
 gentiam acuendam est utile . . .

CAP.XII.
 An Musica
 intellectum
 avar, & ad
 alias Icen-
 das relatio-
 nes habeat.

V.2. 3. κατε τοις Στωικοις οι πολλοι θεοι ορτε εχθροι) Iterum Stoico abutitur paradoxo, us Stoicum confutet. Quid enim interest, ait, quod Divinitas per Musicam honoretur υπερ πολλων, si secundum Stoicos οι πολλοι sunt amentes, & Diis infensi: & proinde de veris summae naturae debitis honoribus ne somniarunt quidem? Vide, quae iam adnotavimus ad Col. XI v. 6.

V.12. θυσων παινεισθαι διημαρβων) Haec Pindari verba, quae nusquam in eius poëtie editis hodie leguntur, procul dubio a Diogene allegata erant, ut probaret Musicam cum religione usque copulari; at Philodemus respondet in iis verbis de Poësi potius, quam de Musica mentionem fieri: quod verum est. Sed fortasse Stoicus paullo aliter ea verba interpetrabatur, h. e.: dum sacrificaret dithyrambum canere.

V.19. Διογένης) Iam in Praefatione §. XIV docuimus, quis sit iste Diogenes, nempe Stoicus dictus Babylonius, in quo confutando tota fere Philodemii tractatio versatur. Id autem consecimus hoc præcipue loco edicti, unde satis manifeste adparat hunc suum esse αντεγωνιστην, quem inridet. Cum enim demonstrasset, quo sensu interpretandi essent Pindarus, & Aristophanes ab eo allegati, aliquoquin inter nugatores habendi, concludit: sed Diogenes profecto unus id sibi etiam persuasit Deorum alias cantilenis obtestari, & cuique proprias convenire: deinde subdit: Atqui alia etiam eius monstrosa opinamenta admirari necesse est: atque ita ad aliam eius opinionem exponendam, atque convellendam pertransit. Nisi enim Diogenes hic esset adversae sententiae patronus, in quem disputat; oportebat sane aliqua auctoritatibus tutatus fuerat, satis duxit Philodemus istorum Poëtarum mentem explicare, illum vero, qui nimis litteraliter eorum verba adceperat, inridere.

V.23. και ιοι δει) In αντογραφω cest, ut vides, και ιοι δει, sed nullo sane sensu. Quid enim sibi vellent haec verba? Diogenes id tam absurdum sibi persuasit: Sed quid opus est alia eius admirari? etenim ad intelligentiam quoque acuendam valere Musicam &c. Inepta plane transitio. Sed si legas και ιοι, aptissima erit. Ne ambigas igitur ab imperito Librario pro τοι positum esse τι; atque hinc diphthongi ei pronunciationem satis agfinem ιωι, non secus ac de aliis observavimus, licebit aestimare.


V.24. και προς συνετων ευχεγητων) Lego ευχεγητων facili negotio, quippe cum eadem dictio recurrat infra v.40. Atqui non unus Diogenes ad intelligentiam acuendam conferre Musicam est opinatus; vel certe eius opinio alii non tam absurdia visa est. Siquidem Atheneanus lib. XIV cap. 6 idem adferere non veretur: και προς γηραιοις δε, και οξινηις διστοις συμβαλλειαι η μυσικη: ad exercendam, acuendamque mentem confert Musica.

V.28. εναρμονικων) Enarmonicum genus iam inde a suo aeo repudiari coepit a vulgarium Musicorum turba innuit Philodemus Col II (ubi vide, quac adnotavimus), indignantibus quidem Musicæ peritoribus. Hoc autem unum controversiae caput magnam disputandi ansam Musicæ studiofis præbere aiebat Stoicus, & mentem excuendi vel ut adsequuntur rationes, quas Musicorum vulgus non intelligebat, atque adeo risu excipiebat, vel exquisitissimum eius generis artificium ediscerent.

V.29. οτε μυσικος) Sic legendum pro ὅτι res ipsa suadet: sicuti etiam versu sequenti fortasse melius ημισυμενων pro ημισυμενον. Quis enim novit, an non oscitans Librarius illud οι cum οι commutaverit? Totam autem hanc περιοχην respicere remur illud, de quo paucim omnes veteres Musicæ scriptores conqueruntur, recentiores scilicet innovandi studio abreptos a yetustiorum regulis abscessisse (quae propterea νομοι, h. e. leges dicebantur), & Enarmonicum genus, quod adsequi non possent, repudiasse. Hoc autem suppeditare aiebat Diogenes magnam inquirendi, disputandique pro & contra occasionem, unde Musicorum mens excueretur.

V.33. παρα τοις μυσικοις) Vulgaribus scilicet Musicis, quales fere omnes erant; de quibus Plutarchus: οι δε νυν τοι μεν καλλιται των γεων, οπερ μαλιτα δια σεμνοτης παρα τοις αρχαιοις επιβαλλεται πατελως παρηγησαντο: nostræ actatis Musici generum pulcherrimum, cui ob maiestatem antiqui maxime fiduerunt, omnino repudiarunt.

V.39. ασυνετων) Passive sumendum hoc adiectivum patet, non secus ac aliquoties occurrit συνετος; eti apud Lexicographos in huiusmodi significatione non prosteret.



ΕΝ ΕΥΡΗΓΙΤΟ ΑΥΤΗ ΣΕ ΚΑΙ
ΜΗ ΤΑΤΑ ΠΡΟΣΠΟΙΟΥ ΜΕΝΑΣ
ΤΙΝΑΣ ΔΕ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΑΣ ΛΑΟΥ
ΧΙΕΡΙΤΑ ΔΕ ΚΑΙ ΕΙΦΙΑ ΛΟΤΕ
ΧΝΕΙΝ ΕΙΔΕ ΤΗΝ ΑΠΟΦΡΟΝΗ
ΣΕ ΣΟΥ ΔΕ ΝΕΠΙΔΕΙ ΣΕ ΙΤΑΩΝ
ΛΟΥΣΙΚΩΝ ΠΡΟΣΤΑΥΤΗΝ Χ
ΣΥΝΕΡΓΟΥΝ ΤΑ ΜΑΛΛΟΝ Η ΤΑ
ΤΩΝ ΛΑΛΩΝ ΑΚΡΕΙΒΩ ΜΑΤΑ
ΤΗΙ ΔΕ ΕΚΡΙΤΙΚΗ ΝΕΙΡΗΝ ΕΙΑ
ΡΑΤΙΕΝ ΣΙΑΝΤ ΙΝΑ ΒΕΨΡΙ
ΑΝΕΧΕΙ ΝΤΟΥΣΦ ΙΝ ΟΜΟΥΣΟΥΝ
ΤΑ ΣΟΥ ΜΟΝΟΝ ΑΤ ΝΟΙΚΑ θ
ΣΟΝ ΣΕ ΜΑΛΕΣΙΚΑ ΠΡΥΒΩΜΟΙ
ΠΡΕΠΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΑΤΡΟΥ ΣΟΝ
ΤΟΦΙΚΑΙ ΚΑΙ ΛΟΥΚΑΙΑ ΣΧΡΟΥ
ΧΡΙΣΤΙΚΗΝ ΑΥΤΩΝ Α ΤΕΛΕΙ ΜΕ
ΘΕ ΩΡΙΑΝ ΣΦΙ ΛΑ ΚΑΙ ΚΑΘΟΣ
ΣΟΝ ΕΠΙΤΙΟ Υ ΤΟΝ ΗΝΟΥΧΙ
ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣ ΦΟΥΣΙΝΑ ΛΙΤΕΔΙΟΥ
ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΝ ΚΑΙ ΗΤ ΟΝΔΙΑ
ΚΛΒΟ ΣΟΝ ΤΗΝ ΚΡΙΣΙΚΗΝ
ΗΤ ΠΑΡΑΜΑΝΗ ΣΙΝ ΧΕΙΤΙ
ΤΗΝ ΜΟΙΣΙΚΗΝ ΦΑΣΚΟΥ ΣΥ
ΧΠΟΥΤΟ ΣΦΙ ΛΑ ΛΙΤΟΝ ΟΝΔΙΑ
ΖΟΜΕΝΟΙ ΣΚΡΙΤΙΚΟΙ
ΧΩΙ ΣΙΚΑΙ Η ΗΠΟΗ ΣΦΙ
ΓΡΑΦΩΝ ΑΝΑΛΟΓΟ
ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΜΙΜΗ ΣΦΙ
ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΛΑ ΛΗΝ ΕΥΡΩΠΗ
ΚΑΤΑ ΜΕΝ ΤΗΝ Μέμη ΣΦΙ
ΟΥ ΚΑΝΕΤΤΕ ΔΕΙ ΣΕ ΚΑΙ
ΤΗΝ ΥΒΕΣ ΣΙΝ ΕΝΤΑΥΤΑ ΣΦΙ
ΛΟΝ Η ΤΑΙ ΣΑ ΛΑΙ ΣΦΙ
ΚΑΤΑ ΜΕΝ ΟΙ ΤΟΥ ΤΑ ΒΑΛ
ΚΑΙ ΑΝ ΤΑ ΠΟΔΙΔΩΝ ΑΙ ΣΦΙ
Ε ΤΟ ΣΑ ΤΟ ΤΙ ΠΑΡΑΜΑΝΕ ΣΦΙ
ΙΣΚΑΙ ΤΗ ΝΙΓΡΑ ΜΑΤΙΑ
ΤΙ Ε ΑΡΔΕΙ Ε ΟΝ
ΝΟ ΜΕΝΩ ΜΕΡ
ΑΛΟΓΙΑ ΣΦΙ
ΑΙΖΕΙΝΚΑ

C O L . X X I I

εαν ευρηται τοιαυτας , ει και
 μη , ταυτα προσποιημενας ,
 τινας δε και βαθειας . αλλ' ο-
 χι περι πασας σχέσεως φιλοτε-
 χυειν ; ει δε την απο φρον-
 σεως , θερευπει τα ταυ-
 ματικων προς ταυτην
 συνεργυτα μαλλου , η τα
 των αλλων ακριβωματα .
 5 Τη δε κριτην λεγων πα-
 ραπλησιαν τινα θεωρι-
 αν εχειν της φιλομορφη-
 τας , ο μονον αγροει καθ' ο-
 σου , οις εν μελεσι και ρυθμοις
 10 πρεποντος και απρεπεις οι-
 τος , και καλων και αισχρων ,
 κριτην αυτων απελειπε
 θεωριαν , αλλα και καθ' ο-
 σου , ει τι τοιωτου νη , οχι
 15 τοις φιλοσοφεις απεδιδει
 την χρισιν . και νη του Δια
 καθ' οσου την κριτην ,
 η τι παραπλησιον εχειν
 την ματικην εφασκευ , ου-
 20 25 χι τετοις , αλλα τοις ανομα-
 λημενοις κριτηνοις συνε-
 χωρει . Και τη ποητικη δε
 γραφων αναλογον ειναι
 κατα τε την μημησιν , και
 30 35 κατα την αλλην ευρεσιν ,
 κατα μεν την μημησιν
 ουκ αν επεδειξειν , κατα δε
 την ευρεσιν , ου ταυτη μαλ-
 λου , η ταις αλλαις τεχναις .
 40 45 Κατα μευτοι το γραφεσθαι
 και ανταποδοναι το με-
 λος , εστω τι παραπλησιον αν-
 της και τη γραμματικη .
 τι γαρ δει φρονιμη ανδρι
 γινομενη περι τοιαυτας
 αναλογιας ειδειναι , και . . .
 η παιζειν καθ' εαυτου ;

· · · · ·

donec tales analogias invenerit;
 si vero minus, eas quae huius-
 modi simulent, quasdam vero
 etiam in profundo esse positas:
 nonne enim de omnibus postu-
 labit Nostrus, ut inquirat? si ve-
 ro eam ait intelligentiam, quae
 ab animi prudentia originem du-
 cit, nunquam ostendet magis ad
 eam conducere Musicorum, quam
 aliorum hominum studia. Cum
 autem ait, Musicae amatores ha-
 bere quamdam speculandi vim
 Criticæ adfinem; non modo er-
 rat, in quantum putans cantibus
 & rhythmis ineffa decorum &
 indecorum, honestum & turpe,
 criticam ipsarum rerum specula-
 tionem dereliquit; verum etiam
 in quantum (si quid tale foret)
 non demandavit eius iudicium
 philosophis: immo per Iovem, in
 quantum ait Criticam, vel quid
 adsinc Musicae inhaerere, non
 istis (*Philosophis*) sed Criticis pec-
 culariter dictis eius iudicium con-
 cessit. Cum autem scribit Poë-
 ticae analogam esse Musicam &
 quod ad imitationem, & quod
 ad aliam inventionem; quantum
 ad imitationem pertinet, nullam
 protilut demonstrationem; quan-
 tum vero ad inventionem, non
 huic magis, quam aliis artibus
 analogam probavit. In quantum
 autem Musica scripto consignet,
 & reddat melos, esto, si lubet,
 aliqua inter ipsam, & Gramma-
 ticam adfinitas. Quid enim in-
 terest prudentis sagacisque viri
 huiusmodi analogias nosse, si
 potius sibi metipsi inludere? . .

· · · · ·


V. 5. ει δε την απο Φραντσεως) Cum Adversarius Enarmoniacam ad την συνεων, intelligentiam adaugendam conducere etiam praedicasset, duplice distinguit Noster την συνεων, alteram nempe, quae a subtili disputatione, & analogiarum investigatione exoritur, alteram vero, quae ab animi ipsius prudentia originem trahit: illam autem Harmonieis disputatoribus utique concedit, utpote quae nihil est, cum in futilibus inquisitionibus versetur; hanc vero nequaque Musicorum peculiarem esse dieit, quippe quia istorum non plus, quam aliorum hominum studia ad prudentiam acquirendam conduceere possunt.

V. 9. ακριβωματα) Vide heic iterum ab imperito homine pro ακριβωματα exaratum ακριβωματα; mox vero a Correctore puncto confixum illud e suis: uti rursus infra v.31 scriptum vides μαιησι.

V. 6. 7. εδε παραβαττοται των διαγονων) Re quidem vera veteres Μεταργοι ne mentionem quidem sententiarum, verborumque faciunt, cum Musicae vim in animis excitantis praedicant. Videſis Ptolemaeum lib. III cap. 7, ubi demonstrare adgreditur: πως αι της ιδιοτητων μεταβολαι ειναι ταις περιστατικαις των Λυχων μεταβολαις: quomodo concentus mutationes adſimilantur animalium mutationibus pro diverso rerum statu: ibi enim inter alia sic loquitur, universam efficiaciam Musicis modulis tribuens: τοιχαρτοι και ταις επεργειαις αιδιαις της μελῳδιας συμπασχων ιμων αντιρεις αι Λυχαι, την συγγραφειαν δισπειρ επιγνωσθεσι των της ιδιας συγχορων λογων, και τυπεμαναι τηις κινησιαις οικειοις ταις των μελων ιδιοτονιαις: quippe ipsis melodiae efficaciis adſiuntur animae noſtrae, agnoscentes quasi cognitionem quamdam in sua constitutione rationibus, motuunque impressiones fufcipientes, qui fint ipsis cantuum propriis adſectionibus comparati.

V. 16. το δε δευτερον κ. τ. λ.) Una quidem est veterum sere omnium Musicae scriptorum querela, Musicam a veteri simplicitate, & maiestate novis adinventis deficiisse, quippe innovandi studio permoti recentiores priscas cantilenas, quae ad animos virtute informandos mirabiles praedicabantur, immutaverint. Namque veteres illi (ut ait Aristides lib. II) cantilenis, rhythmis & saltationibus utebant probatis, cum . . . quosdam cantus lege constituerint, quos & Nomos adpellabant: firmitatem ipsis inde machinati, quod in sacris adhiberentur, manuſiroque immobiles per hanc adpellationem bene ominabantur: μελοι, και ρυθμοι και χορειαι εχρωτο δεδομιασμεναι . . . συνηθη μελη την νομοθετησαντες, & και νομης προστυρεον, μικχαρη τε την ειναι της βεβαιοτητος αιδιον την ιερουργια ποιησαντες, και μετη δε ακινητα δια της προσηγοριας επενθημοισα. Nomi autem illi non abſimiles utique fuere nostris divinac psalmodiae cantilenis, aliiſque, quibus hodie in liturgiis utimur; quaeque, cum miram quamdam dulcedinem, maiestatemque ab ipsa simplicitate profectam includant, pessimo Christianorum publico cum fractis, & garrulis cantillationibus a plerisque novarum rerum studioſis commutantur. Quae cum ita se haberent, recte arguit Philodemus ab hisce omnibus, qui veteres nomos in perpetuum servatos voluissent, virtutem utique non verbis, quae canerentur, sed nomis ipsis fuisse adtributam.

V. 24. 25. το δε τρίτον κ. τ. λ.) Profecto non fallitur Philodemus, cum heic ait cuncta phaenomena a varia vocum modulatione ortum habere ex Musicorum sententia. Sic praeter ceteros Aristides lib. II: αισπερ ουδε η αυτη φωνη τε, και ἀρμονια του ἀπαντη ακροτητη τερπειν πεφυκει, αλλ η μετ έτερον, η δ αλλοις οια τε ευρραινει, ουται δε καιπι των οργανων εχει. οις γαρ ἐκατος Φθονγοις ομοιωται κατα το ιδος, τετταις κατα τη προσφορα των οργανων αγαπα, και τελαιμαχει: sicuti non eadem vox, & harmonia omnem auditorem oblectare potest, sed alia hos, alia alios laetificat; ita quoque de instrumentis se res habet. Quibus enim quisque sonis per mores est adſimilis, hos instrumentorum sonos, tamquam ſibi utilia amat, & admiratur. Re vera igitur omnia phaenomena vocum, & instrumentorum modulationibus referabant.



ΕΙΜ ΚΑΙ ΑΡΑΚΑΣ ΚΙ ΕΛΕ
ΓΕΙΝ ΤΟ ΘΕΗ Η ΟΥΣ ΝΙ ΣΦΗΣ ΙΝ
ΜΕΛΝΟ ΤΕ ΕΙΝΑΙ ΛΙΠΟΝΤΙΚΑ
ΚΑΙ ΛΙ ΚΑΠΑΡΑ ΔΕΙΒΑΤΑ
ΚΑΙ ΤΟΥ ΤΗ Η ΦΙΛΟΣΟ
ΦΙΑΣΙΚΑ ΛΙ ΜΕΝΕΞΙΛΑΣ ΕΛΛΑΣ
ΛΕΙΑΛΥΝ ΛΙ ΜΟΥΤΑΘΑΚΑΙ
ΛΙ Ο Ζ ΛΙ ΠΑΝΕΧΟΝ ΛΙ ΟΔΕ
ΤΗ ΛΟΥΤ ΦΙΝΕΙΩ ΛΙ ΜΕΓΟΣ ΙΝ
ΛΕΞΕΙΚΟ ΛΙ ΕΛΑΣΤΑΜΕΤ ΚΑΙ
ΤΑΜΕΛΗ ΚΑΙ ΤΟΥ ΣΡΥΤΟΜΟΥΣ
ΛΙ ΣΙΛΑΛ ΣΤΑΠΡΟΣ ΚΙ ΝΙ ΟΙ ΑΙ
ΠΡΟΣΤΗ ΛΑΛΗ ΟΙ ΛΙ ΙΣΤΩΝ
ΘΕΙ ΣΝΟ ΛΙ ΡΙΑ ΣΥ ΚΑΤΑ ΤΕΛΑ
ΣΤΟ ΤΕΡΟΝ ΥΠΡΑΙΔΙΟΝ ΕΥΡΕΙΝ
ΔΥΤΕΓΑ ΛΙ ΑΙ ΝΟΛΑ Ι ΜΕΝΟΥ
ΚΩΦΕΛ ΛΙ Ο ΤΑΝ ΔΕΜΕΛΑΣ
ΔΗΝΟΣ ΣΙ ΕΣΑ ΛΙ Ο ΤΟ ΣΗΝΗ
ΠΑΡΟΡ ΣΙ ΛΙ ΣΤΑ ΚΑΙ ΤΑΡ
ΥΠΟΔΙΑΝΟ ΛΙ ΑΙ ΝΑ ΥΤΩΝ
ΠΙΣΤΟΥ ΜΙ ΣΤΡΑΜΕΤ Η ΟΔΕ
ΤΟΝ ΜΕΛΟΥΝ ΛΙ Ζ ΣΝΑ ΛΛΑΝ
ΛΕΝΕ ΕΠΙ ΣΟ ΛΙ ΝΤΙ ΣΕΡΙ ΙΧ
ΤΗΝ ΛΙ Η ΝΔΑ ΠΟΤΟΜΟΣ
ΛΑΗ ΛΙ ΝΙ ΜΕΝΗ ΙΚΑΙ
ΣΙΑΤ ΛΙ ΝΗΝ ΚΑΙ ΛΑ
ΤΟΝ ΙΤ ΛΙ ΜΟΝ ΤΟ ΤΙΟ Χ
ΤΑΥ ΛΙ ΤΟ ΛΕΓΕΩ ΣΥ ΣΚ
ΤΟΝ ΛΙ Ν ΚΑΙ ΤΟ Ν Ι ΔΙ
Ο Ν Η Σ ΛΙ ΑΙ ΛΟ ΣΥ Ν ΞΟΣ
ΛΙ Α ΔΕ ΛΙ Σ Ι ΤΑ Σ Α Σ Σ ΕΙΣ
ΕΙ Κ ΦΕΡ ΛΙ ΑΙ ΛΑ ΤΟ Υ Σ
ΤΟ Μ Ο Υ Σ ΚΑ ΡΟ Υ Σ ΕΝ
Ο Ι Σ Α Κ Ρ Ο Σ ΛΙ Κ Α Λ
Δ Λ Σ Π Λ Σ Λ Α Σ Λ Ι Δ Σ
Γ Α Ο Υ Σ Λ Α Σ Λ Ι Δ Σ
Κ Α Ν Κ Σ Λ Α Σ Λ Ι Δ Σ
Τ Σ Δ Ν Σ Λ Α Σ Λ Ι Δ Σ
Σ Υ Β Ο Υ Σ Λ Α Σ Λ Ι Δ Σ

C O L U M N A XXVIII.

ει μη γε παρα Κλέωνθει λε-
γενιν αυτα θεωρούσιν, ὃς Φησιν
αμεινονα γε είναι τα ποιητικά,
και μεσοικα παραδειγμάτα
5 και τα λογγύα, τα της φωνοο-
φωνές, ίκανως μεν εἴχη γε-
λειν δυναμεγεβ τα θεια, και
ανθρωπίνα, μη εχούτος δε
ψιλός των θειών μεγεθῶν
10 λεξεις οικειας, τα μετρα, και
τα μελη, και τας ρυθμις
ός μηλιστα προσκυνεούσα
προς την αληθειαν της των
θεων θεωριας, οὐ καταγελα-
15 στοτερον 8 ραδιον ευρειν.
Ουτε γαρ αἱ διανοιαι μεν 8-
κ αφελεστιν, ὅταν δε μελω-
δηθωσι, εξ αμφοτερων ή
παρορ μησις γνιεται. και γαρ
20 ὑπὸ διανοηματων αυτων
γινεται, 8τε μετρα, μετα δις
των μελων μελιζαν· αλλ' αι
μεν επισικιως η, τις ερει
την ισην· αυ δ' αποτομως.
25 αληθως ανιεμεγην και
δια την ηδονην, και δια
του περισπασμον, του ὑπο
ταυτης, και του μεγεθουσ και
των Φωνων, και των ιδι-
30 οτητων, και δια το συνεχως,
μηδε κατα Φυσιν τας λεξεις
εκφερειν, και δια της
τοπες, και τους κυρρες, εν
οις αναραμεθα, και δι' αλ-
λας πλεισις αιτιας. Και δη
35 γαρ 8θεις αν γενοιτο, δις 8-
κ αν εκχυθῃ γελωτι με-
τ' αρδης, και των οργανων
συμβιθευσαν τας ὄφαν,
η παραμυθευευς αδρας λα.
πεμενους
· · · · ·
· · · · ·
· · · · ·
45 · · · · ·

nisi haec etiam secundum Cleanthem dicere voluerint; qui ait meliora etiam esse Poetica, & Musica documenta sermone philosophico, qui sufficienter quidem cum Divina, tum humana enunciare valet; cum tamen nudus per se non habeat verba idonea Deorum magnitudini explicandae, metra, & cantilenas, & rhythmos quam maxime adcedere ad Divinae contemplationis veritatem: quo effato nihil magis ridiculum facile est invenire. Nec enim, aiunt, sententiae per se inutiles sunt, sed si cum cantu prolatae fuerint, ex utraque re commotio gignitur: etenim ab ipsis sententiis illa usque oritur, nec sanc modica; sed addito can- tu maior exurgit. At vero si commotio mediocris erat sine can- tu, dici potest eamdem addito can- tu remanere; sin vero abrupta erat & brevis, cum veritate di- cies evadere remissiorem & propter oblectationem, & propter distra- ctionem, quae tum ab oblecta- tione, tum a magnitudine vo- cum, earumque proprietatibus o- ritur, & propter verborum pro- nunciationem continenter factam, non secundum naturam, & propter loca, & tempora, quibus au- dimus, aliasque plures causas. E- nimvero nemo unus foret, qui risu non diffueret, si inter can- tus, & instrumentorum sonitus viros videret consilia agere, vel tristes adhortari
· · · · ·
· · · · ·
· · · · ·

V. i. παρα Κλεανθη) Heic prosector Cleanthem Stoicum Zenonis discipulum, & successorem, ut Diogenem vellicet, inridet; quippe is non contentus eximiā Musicae virtutem, ut ceteri, adscribere, Philosophias ipsi Poëtica, & Musica paradigmata praestare adfirmaret; propterea quia nudus eius sermo sine numeris modisque Musicis ad divinae naturae magnitudinem adcedere minus valeret. Quae procul dubio Stoicus non alio sensu dixisse credendus est, quam quo Plato, qui referente Apuleio *De Deo Socrat.* : frequentissime praedicaret hunc solum maiestatis incredibili quadam nimietate, & ineffabili, non posse peruria humani sermonis quavis oratione vel modice comprehendi. Quo autem in libro haec Cleanthes scripsit, ignorare cogimur; plurimos enim libros, Laertio teste in eius vita, edidisse constat. Sed fortasse in illo, quem περι ποντις, de Poëta, inscriperat, huiusmodi pertractasse sit verisimile.


V. 9. ψιλος) Scripsit Noster ψιλος, quod nihil est. Fortasse illud o puncto dein confixerat, quod ob papyri rimam conspicuum non fit. Restituimus ergo ψιλος, quia ψιλος λογος recte dici potest nudus sermo, id est sine cantu, ut ψιλαι λεξεις apud Aristidem, cuius verba vide infra ad v. 18, & ψιλη ποντις apud eundem lib. II: τες μεν γαρ ετερη μελεσιν αυτοις, δι' ειναι ποντις μετεπχυκοτας αυρωνιδεις πανταπασι, και ηλιθις εωραι: illos enim, qui nec in ipsis caribus, nec in nuda poësi exercitati essent, agrestes omnino, ac stolidos videbant. Praeterea idem Noster Col. seq. v. 42 (aque ac Plutarchus l. c. ad Col. XXVI v. 24.) uesperat πελη ψιλα, pro nudis cantibus; id est sine verbis, quae propterea alibi dixerat αλογα. Vide adnotata ad Col. III. v. 12.

V. 18. εξ αμφοτερων ή παρομησις γνέται) Ea scilicet erat των μυστηρων sententia. En Aristides lib. II: ποντις μεν αυτοις μονη δια ψιλον χρηται λεξεων· αλλα ετε παντος αει κινη αεν μελαδις, ut optime legit Meibomius: Poësis quidem solo auditio per nuda verba uititur, sed nec affectum semper mouet sine modulatione.

V. 23. επικαι) Sic procul dubio Auctor dictaverat; respondet enim in sequenti versu αν δ' αποτομως. Amanuensis vero vel aurium hebetudine, vel nimia festinatione exaravit επικαιas. Quod mendum cum animadvertisit lector, emendavit επικαιas: qua emendatione syntaxis quidem constat, quippe refertur ad παρομησις, sed profecto non ex Auctoris mente, qui adverbio uti maluerat.

V. 30. και δια το συνεχως κ. τ. λ.) En quomodo iam usque a Philodemis aeo Musica iis vitiis laborabat, de quibus inox Plutarchus, nosque iure hodie tantopere querimur; nam restituta superioribus saeculis, sic iterum corrupta est, ut prae nimio strepitu, & insolenti verborum praeceptione, vel distractione minus audiri possit, quod canitur.

V. 37. ερχυθι γελωτι) Musicam confiliantibus, & concionantibus proficiuntur fusse procu-
l dubio veteres dixerunt. Et quidem Euclides in *Harmon. Introd.* & ex eo Bryennius
(ut adnotavimus ad Col. III v. 27) inter melopoeias τε ιουνχατικης ηθες, quietae indolens
enumerat etiam συμβελας, consultaciones. Id enimvero admodum ridiculum Philodemo videbatur. Et quidem non absimili modo putavit Gellius Noet. Attic. lib. I cap. II de eo,
quod de C. Graccho cerebatur, nimirum quod ei agenti cum populo tibia concionatoria prae-
vevit, moduolque praemonstraverit. Ideo verum esse Gellius negat, quid enim, ait, foret
ista re ineptus, si uero planipedi saltanti, ita Graccho concionanti numeros, & modos, & frequentia-
menta quadam varia tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriae tradididerunt, sicut in cir-
cumstantibus dicunt occultius, qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret ad deprimum
dandum sedandunque impetum vocis eius. Effervescente namque impulsu & instincu extraneo natura-
lis illa Gracchi vobementia indiguisse non, opinor, existimanda est. Marcus tamen Cicero fistula-
torem illum utrique rei adhibitum esse a Graccho putat; ut sonis tum placidis, tum citatis aut re-
missam iacentemque orationem eius erigeret, aut ferociemque saevientemque cobiberet. De hac Grac-
chi fistula loquitur etiam Plutarchus lib. De cohibenda ira, cuius verba recitat Bartholinus De
Tibis cap. XIV.



ΜΕΝΟΥΔΕ ΑΡΕΚΤΑ
ΓΕΛΩΝΤΙΚΗ ΚΩΜΩΔΟΙ
ΩΣ ΤΑΥΤΑΝ ΑΧΩΙ ΜΕΣΑΝ
ΚΑΤΟΙΜΑ ΛΛΟΝ ΘΙ ΛΛ
ΑΙΓΑΙΝΕΡΓΙΖΟΝΤΟΣ ΟΙΟΝ
ΕΙΚΙΘΑΡΕΙ ΔΩΣΙΝ ΕΩΓΑΡΤΟ
ΠΑΝΤΩΝ ΠΑΡΙΔΕΚΕΝ ΝΤΗΝ
ΣΦΕΛΑΝΗ Η ΔΕΝΔΙΑ ΦΕΡΟΥ
ΣΑΓΡΙΝΕΣ ΘΑΛΙΤΡΙΣ ΜΕΙΟΥΣΙ
Η ΗΟΙΑ ΜΟΥΣΟΙ ΔΙΟΔΗΤΕ
ΓΟΥΣΙ ΤΗΜΑ ΑΗΣ ΣΙ ΠΡΟΣΕΡ
ΧΕΣΒΑΙ ΝΥΝ ΤΟΙΝΥΛΑ ΕΓΣ
ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΚΡΟΥΛΑΤΟΠΟΙΟΥΣ
ΟΥΣ Ε ΜΑΥΤΟΝ ΜΟΝΟΝ ΛΑΛΑ
ΚΑΛΗ Η ΚΥΝΑ ΒΙΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ
ΑΡΙΣΤΟ Ε ΕΝ ΝΕΙ ΟΝΟΜΑ
ΖΟΥΣ ΙΝ ΤΟΥ ΜΟΥΣΙ ΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥΣ
ΜΟΥΣΙΚΟΥΣ ΚΑΙ ΣΗΜΑΝΤΑ
ΜΕΝΑ ΨΑ ΔΙΟΝ ΡΙΚΑ ΒΑΤΕΡ
ΤΑ ΔΙΕΤΩΝ ΟΡΓΑΝΩΝ ΚΑΙ ΤΑ
ΤΕΡ ΣΗΝ ΒΙΚΙ ΚΙ ΤΑ ΔΕ
ΛΟ Ε ΟΥ ΚΑΝΑ ΔΙΔΩΣ ΤΑ ΤΕ

ΣΙ ΝΟΜΕΝΑ ΣΙ ΤΑΝ
(ΟΕ Ε Υ ΚΑΝΑ ΔΙΔΩΣ ΣΙ Τ)
ΟΝ Ε Ν Α ΤΟΙ Ο ΓΟΙ Ο ΙΑ
Ε Ρ Μ Ν Ο Ν Α Ι Α Ι
Ο Τ Ο Σ Τ Ε Ρ Ι Σ Μ Ν Ι
Δ Α Τ Ι Ν Θ Α Ρ Ο Σ Ι Ο Ν Ο
Ν Κ Α Μ Ο Σ Ε Ι Κ Ο Υ Σ Ε Ε Ο
Δ Α Π Ο Η Σ Α Κ Λ Ε Ι Κ Α
Η Υ Σ Κ Ο Ι Ι Α Σ Α Ν
Δ Α Ζ Ε Ν Π Ο Ι Τ Α Ι Τ Η Ν
Ε Τ Ο Σ Λ Ο Γ Ο Σ Φ Ε Λ Ε Ι Ν
Δ Ι Ζ Μ Ν Ε Κ Α Τ Α Τ Ο Τ Η Ν Τ Α
Τ Ε Λ Σ Ε Τ Μ Ι Κ Ε Ο Ν Υ Δ Ε Ν Ο
Ν Ο Σ Τ Ο Υ Σ Μ Ο Υ Σ Κ Ο Σ Ο Σ Δ
Μ Α Λ Λ Ο Ν Α Λ Α Λ Α Τ Α Σ Ο
Μ Ο Ε Φ Ε Σ Π Ε Λ Α Ι Δ Ε Υ Μ Ε Ζ
Ο Υ Ζ Ο Π Ε Σ Ο Ν Τ Σ Κ Α Ζ Ο
Μ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ
τ Ε Λ Σ Ε Τ Π Ο Δ Ι Α Δ Ζ Ζ Ζ
η Η Ζ Λ Α Κ Τ Ο Υ Σ Ζ Υ
ε Ι Ν Φ Η Μ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ

G. B. Maltese del.

A. Lentari inc.

C O L U M N A XXIX.

μενων , ουδες γαρ ει εκ τρα-
γῳδῶν τις , η καμάδοποι-
ων , ταυτ' ανασχοιμεθ' αυ ,
και τοι μαλλον τη λαλι-
ση συεγγιζόντος , ουχ οίον
ει κιθαροφων . Εω γαρ το ,
παντει παριεμενων , την
ωφελιαν μηδεν διαφερου-
σαν γινεσθαι τοις μουσικοις ,
η τοις αμουσοις , δι' ο δη πει-
θουσι τη μαθησει προσερ-
χεσθαι . Νυν τοινυ λεγω
και τους κρουματοποιους ,
ουκ εν αυλην μονον , αλλα
και την συγαυλιαν , και τον
Αρισοξενον , ει αυτη ονομα-
ζουσιν του μουσικου , και τους
μουσικους , και α σημαντα
μεν αυ αιδοναι , καθηπερ
τα δια των οργανων , και τα
τερετιζομενα , και οταν δε
λογουσ αναδοναι , τα πε-
ργυνομενα

τοις λογοις . Κα-
ταξιαν δε ου μονον διδα-
σκαλους τους περι Σιμωνι-
δην , και Πιγδαρον γεγονε-
ναι αλλα και μουσικους γεγο-
νεναι , και ποιητας , και κα-
θη δ μεν μουσικοι ιλαρωσαι ,
καθη δε ποιηται πεποι-
ηναι τους λογους ωφελειν
διδω . μη δε κατα τουτη , η παν-
τελως επι μηκρου , ουδε μο-
νους τους μουσικης , ουδε
μαλλον , αλλα παντας δι-
μοικας τους πεπαιδευμε-
νους , όποιας ουν τις καλου-
μενος ην . Και γαρ το πω πο-
τε αφ ελος α πο διαλογαν .
ου τα μελη φιλα , και τους ριθ-
μους ωφελειν Φημι

nec enim si quis tragicorum , vel
comicorum more caneret , ferre
possemus (et si magis iste cantus
vulgari sermoni adpropinquet)
nendum si quis citharam pulsaret.
Omitto autem , quod , his omnibus
concessis , nihilo differt utilitas ,
quaes Musicis , quam quae
amusis provenit , propter quam
utilitatem ipsi suadent huic
disciplinae adcedendum . Aio igitur
& instrumentorum pulsatores ,
non tibicinem modo , sed qui-
cumque ad tibiae consonantiam
canunt & ipsum Aristoxenum ,
siquidem per excellentiam cognomi-
ne Musici vocant , & Musicos
quocumque non solum sensu va-
cuos sonos reddere , quemadmo-
dum sunt instrumentorum , &
stridulas voces , sed etiam , quo-
ties sermones reddunt , sermonibus
ipsis superflua reddere . Cen-
sebo autem Pindarum , & Simoni-
dem non solum vitae magistros
fuisse , sed etiam & Poetas , &
Musicos ; at in quantum Mu-
sicci erant , animos exhilarasse , in
quantum vero Poetae , effecisse ,
ut sermones proficerent , utique
concesserim ; non vero per hoc ,
vel admodum certe parum , ne-
que Musicos solos , vel magis
quam alios , id obtinuisse , sed
omnes aequi scientiis excultos ho-
mines , quocumque tandem no-
mine adpellarentur . Omnis enim
utilitas a sermocinationibus pro-
venit , neque nudos cantus , &
rhythmos profuisse dicam

V. 1. οὐδὲ γὰς εἰ εκ τραγῳδῶν τις) Ut istud abruptum, & nullius sententiae οὐμάτιον aliquo pacto fulciremus, de nostro addidimus particulam εἰ, quae in αὐτογράφῳ non visitur, sed excidere scribenti facile potuit: ita enim respondet alteri, εἰ in seq. v. 6.

V. 4. ἡ λαλία συνεγγίζοντος) Vides librarium seltinanum pro ΛΑΛΙΑΙ scriptitasse ΔΔΔΙΑΙ, omissa scilicet lineola, quae alterum A reddisset: A: vides praeterea adiecto superius τῷ A restitutam esse vocis lectionem. At cur non potius omissam lineolam adpingere? Id enim vero argumento nobis est inclusibili, quamplures huiuscemodis codicis emendationes non ab ipsomet librario, sed ab altero sciole fuisse profectas; qui nec satis perspicax, nec eruditus adpareat, ut alibi iam animadvertiscas. Is igitur vel quia suam in emendando diligentiam parlam facere vellet, vel quia prae imperitia non satis certus de sua emendatione foret, noluit αὐτογράφῳ violare, sed potius suspenfa, ut aiunt, manu elementum illud superscriptis.

Quid autem sibi velit τῇ λαλίᾳ συνεγγίζοντος ex antecedentibus satis constat. Cum enim satis ridiculum dixerit Noster, quod Adversarii iactabant, Musicam scilicet etiam consiliantibus interfervire: Ecquis enim, aiebat, risu non diffueret si consiliarios cerneret canentes, & instrumenta pulsantes? subdit: neque si quis tragicorum, vel comicorum more caneret, ferre possemus, et si istorum cantus sermoni proprius adcedat; non dico si quis citharam pulsaret. Enigatur satis profligata illa quaestio, quae eruditos scidit, an scilicet in veterum Comoediis, ac Tragediis usque canerent actores, cum iambicos recitarent? Canebant igitur, sed cantū τῇ λαλίᾳ συνεγγίζοντο, qui sermone parum differret, qualis nempe est, quem nos Itali dicimus Recitativo: quae ipsa fuerat opinio doctissimis iam fulta coniecturis a Cl. nostro Conlega Xaverio Mattei in eruditissima Dissertatione, quam suae Psalmorum Versioni praefixit cap. IX §. 13.

V. 12. Νῦ τονι λεγώ κ. τ. λ.) Cum satis ostendisse putaret, quomodo aliqui quisquillas fecerant a controversia aberrarent, directe ipsis respondet docens, quid Musicorum nomine ipse intelligat, cur eodem cum χρυματοποιοι confuderit, quoive in loco Pindarum, & Simonidem statuat. Ista igitur respondent illis, quae habentur Col. XXVI v. 27 & seq.


V. 14. εναύλοι } MS. habet, ut tute vides, εναύλοι nullo plane sensu. Non aliud igitur opportunius, quam εναύλοι succurrat, quod & toto contextu consonet, & συναυλία, quae est in sequenti versu, respondeat; quodque facilius ob soni adsimilitatem crassae Librariorum nostri aures permuttere possent, cum dictatum adcepissent. Συναυλία vero, et si in lexicis non profest, idem profecto est, ac συναυλία, non fecus, quam φρελία, & φρελία & similia.


V. 16. Αριστοξένος) Nec de Aristoxeno Selinuntio Poeta, nec de Cyrenaico gula celebri, nec de Medico Herophileo, sed de Tarentino Mnesi filio, Lampri Erythraei, Xenophili Pythagoraei, & denique Aristotelis auditore celebrissimo, CCCCLIII librorum scriptore, teste Suida, quos inter plura de re Musica, & e quibus superfunt adhuc tres τῶν Αριστοχείων, Harmonicorum Elementorum, heic verba fieri non est, quod dubitemus. Hic enim agnominis Musici a veteribus passim designatur, ut ab Halicarnasseo, Tullio, Gellio, aliisque. Hinc nos ad implendam illam trium literarum lacunam, quae statim sequitur, legimus εἰ αριστοχείων τε μετόνων, & explicavimus, siquidem Musici nomine per excellētiā adpellant. Ceterum, si cui insolens huiusmodi syntaxis aures offendat, & legere malit εἰ τῷ δημοφα δέσθι τε μετόνων, siquidem ipsi dant Musici nomen non intercedam. Versus enim 17 incipit a figura, quae simul litteras Δ & Ζ praefert; ut adpareat ex una in alteram per emendationem transisse. Quod si neque ista lectio probetur, tum denique retenta priori lectione patrius ille casus τε μετόνων, quod negotium facerit, interpretaberis Musici filium. Fuit enim is Musici patris filius, atque discipulus. Nec alio pacto Suidas eum adpellat: Αριστοχείων μετόνων καὶ Σπινθάρης, Μετόνων: Aristoxenus filius Mnesi, qui & Spintharus vocabatur, Musici.

V. 21. τερτιόμενα) Sic restituendam vocem res ipsa clamat. Vides enim bis a Librario descripta verba καὶ δέσθι δε λογις αγαδίσωτι τα περιγνωμένα, quae mox veluti superflua partim punctis consinxit, partim uncis de more inclusit. Quid huic σφαλματι occasionem praebuisse putas? Nisi illa particula καὶ bis posita post bina verba similiter cadentia, h.e. primo post τερτιόμενα, mox post περιγνωμένα. Etenim vel ipse scriptitans Librarius, vel qui dormitans scriptitanti dictaret, sed alias certe ab auctore, recurrente similis vocis definitia querat, eademque particula καὶ in sequenti deceptus, iterum primum κορμα pro secundo adcepit, idemque rescriptis.

V. 25. 26. καταξίω δε ε μονοι διδασκαλεῖς) Sic suppleo. Respondent enim ista obiectationibus, quae habentur Col. XXVI v. 29: καὶ καταξίων ασηματα διδασκειν κ. τ. λ.

V. 42. μελη ψίλα) Vide, quae adnotavimus ad Col. XXVII v. 9.





F.B. Malesci del.

Gen. Casanova inc.

C O L U M N A XXX.

και πολλαχις οτυχον δου
 5 προσεσχηκοις
 αρηται δ' δις ποτε ειρηται
 και τα περι της τοις μετεω-
 10 εοις θμοιοτητος. Και γαρ δι-
 δοσθω το του ήλιου, και σελη-
 νης κινησιν, και διαστατη-
 15 αυκλεγειν τη των φθοργων,
 και τον ζωδιακον τη του
 κανονος καταδιαιρεσιν, το
 της συγγενειας οικι επιδει-
 20 κνυται, δια το πολλα ποιην
 αγαλογικαν προσφ ερομενην,
 δι πλεισον, δου διεσεχεν,
 και το την διαφοραν κατιδειν
 25 . . . αλλ' οις

J. Nugati autem sunt, quotquot
 olim differuerunt etiam *De Musicis*
 cum caelestibus meteoris similitudi-
 ne. Ut demus enim hoc, solis, lu-
 naeque motum, ac distantiam ad
 Musicos sonos analoga esse, atque
 Zodiacum proportionem ad Cano-
 nis divisionem habere, non idecirco
Musicae cum caelestibus corporibus
 cognatio demonstratur, propterea
 quia multa sunt, quae quamdam
 analogiam inter se exhibent, quae
 tamen nimis, quantum distant;
 & istam differentiam in caelo re-
 gnantem observare, nihil emolu-
 menti ad ipsam virtutum adqui-
 sitionem, morumque conrectiōnem
 adferre posse videtur

CAP. XV.
 An Musica
 caelestibus
 meteoris
 respondeat?


Tricesima haec, & duae aliae in sequentes columnae male admodum habentur; quippe atramentum quoad bonam partem evanuit, elementaque vel acutiorum fugiunt obtutum: idcirco quae magis incerta sunt, leviori viruclu ductu aere incisa vides.


V. 6. 7. πεφλυαρηται δι κ. τ. λ.) Λα celeberrimam quaestione gradum facit, an scilicet Musica caelestium corporum motibus adfinis sit, atque analoga? De qua veterum opinione praefat audire Plutarchum de *Musica* sub finem: αλλα δε και το μεγιστον ιμψ, ο επαιρος, και μαλιστα σεμνιστην αποφασιον μασικην παραλεληπται την γαρ των ουτων Φοραν, και την των αστερων κυμην οι περ Πυθαγοραν, και Αρχιταν, και Πλατωνα, και οι λοιποι των αρχαιων Φιλοσοφων ων αυτην μασικην γνωσθαι, και συνεστασαι εφασκου: πατητα γαρ καθ' αρμονιαν απο την κατασκευασθαι φασι: sed maximum, o Socii, & quod maxime *Musicae* dignitatem maiestatemque demonstrat a vobis omissum est. Etentim motus rerum, & stellarum circuitiones Pythagoras, Architas, Plato, ceterique antiqui Philosopphi fine *Musica* neque fieri, neque constare adfirmarunt: omnia enim aint a Deo secundum harmoniam fuisse constituta.

V. 10. & seq. τη ιλια και σεληνης . . . αναλεγεν τη των φθογγων) Qualis nempe es-
set, quam veteres agnoscerent inter chordas, & caelestia corpora αναλογια, edifferit Nicomachus in *Harmon.* Enchirid. lib. II, sive in eius *Adhendice*, quae, ut optime vidit Marcus Mcibomius, ex eius de *Musica* libris excerpta est: differit etiam Manuel Bryennius tota *sec.*
V., & *VI* lib. II, ubi varias hac de re opiniones profert, & Nicomachi etiam verba recitat. Sed prae ceteris Claudius Ptolemaeus, qui bene longam hac de re tractationem in-
stituit in *Harmonic.* lib. III; nam cap. 8 disputat: περ Ιης διοιοτητος τη ιελειν συστηματος, και τη δια μετων των ζωδιων κυκλων: de similitudine perfecti systematis & Zodiaci circuli: tum Cap. 9: περ τη την πρωτην συμφωνη και διαφωνη διοιων εχει Ιης εν τω ζωδιακο: quomodo quae in Harmonico concentu sunt consona, & dissona, similiter se habent, ac illa in Zodiaco: tum Cap. 10: οτι η κατα μηκος κυμηι των αστερων το εφεξης εν Ιης φθογγοις εινει: quod Stellarum motui in longitudinem adsimilatur continuus in sonis motus: sic etiam cap. 11 & 12 de Stellarum motu in altitudinem & in latitudinem cum tonis Musicis congruenti: deinde cap. 13: περ της αναλογιας των τετραχορδων και των προς τον ιλιον σχηματισμων: de Analogia, quae est inter tetrachorda, & adjectus ad solem: tum denique bina alia capita in idem argumentum adornat.

V. 14. κανονος καταδιαιρεσεi) Quid sit *Canon Harmonicus* tradit Bryennius his verbis lib.
II *sec.* 6: Κανον άρμονικος εστι μετρον ορθοτητος των εν τοις φθογγοις προσμενων διαφορων, αι διερωρυται εν λογοις αριθμων: *Canon Harmonicus* est mensura rectitudinis earum, quae sonis aptantur, differentiarum, quae in numerorum rationibus perspicuntur. Huiusmodi autem mensura re-
cta linea designatur, quae certa quadam proportione in partes XV pro nervorum numero dividitur: atque haec vulgo dicitur Euclidis, Ptolemaeo, & Bryennio κατατομη κανονος, *sec.* canonis. Sed & καταδιαιρεσι non insolens est in rebus Musicis vocabulum. Ptolemaeo enim lib. I saepe dicitur διαιρεσις ιης τετραχορδων, divisione tetrachordorum: quae sane divisio, non secus ac illa canonis, est chordarum in tetrachordis secundum proportiones positio singularis generibus respondens. Non male igitur Noster vocat καταδιαιρεσι.

V. 21. & seq. αφελιμον . . . εις . . . αριθμων περιπομων) Negat Philodemus consequens esse, Musicam ad virtutes comparandas esse utilem ex eo, quod forte eius canonis proportiones caelestibus respondeant. Sed illi contra contendebant animi concinnitatem e Musica necessario oriiri, quemadmodum ex illis proportionibus Universi concinnitas exoritur. Ita Ptolemaeus lib. III cap. 4 hoc lemma sibi demonstrandum adsumit: οτι η ιη προσμενη δυναμις πασι μεν τοις τελειοτεροις τας φυσεις ενταρχει καταφαινεται δι μαλιστα δια τε των ανθρωπινων φυχων, και των εργων περιφορων: quod harmonica potestas omnibus quidem perfectioris naturae inest: maxime autem conspicitur in animabus humanis, & caelestibus motibus.





G. B. Matrisci del.

A. Lentari inc.

C O L U M N A XXXI.

ται δ' ὅπο τινας ; ὁ μας μη-
 δ' θτις τα της

 απ-
 Φοτεροὺς τεχναν. ἀλλ' οὐ γ'
 αποτελεσμάτα προς δύσχερει-
 αν ωφελειν, καὶ πρὸς τὴν συ-
 10 Φοραν εἰ δόδομεν, οὐκ ηδη μονι-
 κη κατὰ τετων αναλογιαν
 ευθείας εχει, καὶ τὴν του με-
 τεωρου θεωριαν. Οὐθεις γαρ
 οὐδε των αυτων μονικων
 15 επεγνωται τα δ', εδ' επεσκεμ-
 μενος δειξει, αλλα Φασιν
 παρα τινων πιθαγορε-
 ων διαδεδε γμενοι τινες
 απαριθμετον. Ει δε κατα
 20 γε τον αντισρόφον λογου δε-
 δεικται τις μεν παυτας, εδ' ε-
 χει, τα κατα μεληται, ουκ ευ-
 θης καὶ της μονικης θεωριας
 οντως ειναι τυφλος
 25 . . . δος
 . . . τοσῳ επιστημην
 . . . μεσηκης
 μενει οδυσην με-
 λη μαλλον
 30 ψυχην κινει
 αλλα εαν τις απαυτα
 ον πιρεχη, καὶ τα
 την ψυχην, μοσικην αντι-
 νην των δια βεσσων εις η-
 35 μονικης, ει τ' εναλλαξ
 . . ειρηνειαν
 τα τοιαυτα μεν ήμεις
 ποιει, καὶ μαλλον ψυ-
 χαις, αλλ' ύπο των τραγω-
 δων, καὶ

a quibusdam ; verumtamen
 non ita

 utrof-
 que artificioe elaborare. At
 certe si αποτελεσματα h. e.
 genituras adversus vitae diffi-
 cultatem, & calamitatem pro-
 desse concesserimus, non fla-
 tim inde sequitur Musicam
 secundum eorum analogiam se
 habere, & caelestium corpo-
 rum contemplationem. Nemo
 enim, ne ex ipsis quidem Mu-
 siciis huiusmodi cognovit, ne-
 que cognita ostendit ; fed
 hanc sententiam a quibusdam
 Pythagoricis haurientes aliqui
 recensent. Si autem e con-
 verso exploratum est uni-
 versos reapse haec neglexisse,
 non statim Musicae cogniti-
 onis vere ignaros esse dicemus.
 J . . . quanto
 . . . tanto disciplinam
 CAP.XVI.
 . . . Musicæ
 Num animo adfectus
 immutare
 quare
 animo excruciari
 cantus magis
 animum commovere
 Verum cum quis omnem
 . . . exhibeat, &
 animum Musicam pro praefentibus dispositionibus miseris-
 cordis, vel contra
 . . . dicere
 ista quidem nos
 reddunt, magisque . . . ani-
 mis, sed a tragedis, &


V.1. ὑπὸ τῶν, ὅμοις μηδὲτως) Quo mutila haec pertineant, & ad quem sensum trahi queant, e sequentis Commentarii Cap. XV cognoscetis. Persuasum utique nobis est triplici argumento Philodemum probare nugatoriam esse caelestem illam Musicam. I. Quia eodem pactio de corporibus, quae sursum sunt, iudicandum sit, ac de iis, quae nos circumstant: idque secundum Magistri sui doctrinam, qui ad Pythagorem apud Laert. lib. X scribat: σημεῖα δὲ τὰ τῷ εὐτῷ μετεώροις συντελεσθεντά θεοί διειπέντε τῷ πάρ' ἡμῖν γνωμένῳ, οὐ παρχεῖ, οὐ καὶ τὰ εὐτῷ μετεώροις θαυμαζεν: conjecturas quasdam de iis, quae in sublimi perficiuntur ducere oportet ex iis, quae apud nos sunt, quae scilicet contemplamur, vel perinde se habent, ac ea, quae in caelo videmus. II. Quia caelestis illa Musica mortalibus auribus nequam percipi posse a Pythagoreis ipsis diceretur; sed tantum a Diis: quo referri putamus residua verba illa praecedentis Columnae v. 34: πάρα τῷ θεῷ; sic enim Maximus Tyrius Dissert. XXXVII §. 5, quam mox dabimus: της ωδῆς ταύτης τοῦ καλλούς θεοῦ μεν γνομένου, ἡμῖν δὲ ανατολέος: huius cantus pulchritudinem Dii sentiunt, nos non item. III. Quia caelestia corpora minime in nos possint influere tanto intercedente intervallo: quod habes illis verbis ibidem in Schemate conspicuis, τοῦ διατηγματοῦ. Hinc certas astrorum επισημανίας, praesignificationes ὑπὸ τῶν, a quibusdam admitti quidem ait, ὅμοις μηδὲτως, non ita tamen, ut etiam animi eorum vim sentire debeant: quae ipsa est Epicuri doctrina, de qua vide P. Gassendum De Meteorologia Epicuri. Hinc deinde vana esse αποτελεσμata h. e. genituras, sive horoscopos, quae Genethlaci venditabant, docet.


V.8. αποτελεσμata) Quomodo hoc αποτελεσμata pertineant, coniicere facili negotio possumus; siquidem hoc nomine quoscumque eventus, sed in primis stellarum effectus, & quas Genethlaci dicunt genituras, nec non imagines certo sub sidere ad eius vim coercendam conficiens appellabant. Cum igitur Noster caelestem Musicam sustulisset, decennatam etiam stellarum in inferna influxum negare pergit; eo enim fortasse arguento Musican, quac cum caelestibus tantam cognitionem haberet, in animos vim exercere posse demonstrabat. Nam etiam tum putabant nonnulli, teste Gellio Noēt. Attic. lib. XIV cap. I: omnia rerum humanarum parva, & maxima tamquam stellis, atque sideribus evincta duci, & regi; quin non modo in corpora, sed etiam in animos suam vim exprimere sibi persuadebant; ita ut (ait idem Gellius) non modo casus, eventaque, quae evenient extrinsecus, sed consilia quoque hominum ipsa, & arbitria, & varias voluntates, appetitionesque, & declinationes, & fortuitos repentinisque in levissimis rebus animorum impetus recessisque moveri agitarique desuper e caelo putarent. Vanam hanc igitur opinionem ante hoc comma explodere Noster debuit; atque eo respicere remur postrema, quae remanent praecedentis περιοχῆς verba: αὐθότερος τεχνεύει. Hinc pender supplementi Nostri ratio, quod habes in sequenti Comment. cap. XV. Etenim ex Epicuri de Meteoris doctrina inanes istas astrorum observations pro cruceatum officiis habendas esse probe ostendit Gassendus in De Meteorologia Epicuri. An vero directe in Stoicum ita opinantur haec scribat Philodemus, definire non ausim. Haud tamen inverisimile videtur, Stoicos, qui fatum rerum humanarum arbitrum admittiebant, etiam ex fati legibus hunc astris influxum permisisse. Quod si ita est cum Tullio De Fin. dicam: Dolco tantam Stoicos nostros Epicureis invidendi sui facultatem dedisse.

V.17. πάρα τῶν Πυθαγορῶν) Pythagoricis praeccipue doctrinam de concentu caelesti, eiusque respondentibus terrena Musicae proportionibus deberi veteres omnes affirmant, e quibus deinde Plato, aliisque Μανεῖοι hauserunt. Sed isti, ait Philodemus, eius doctrinæ eruditioñ tantum ostendandæ gratia in suis scriptis meminerant, minime vero ea in Musicis modulis conficiens utebantur, quin Musicæ artis minus periti ducerentur. Vide de hac Pythagoreorum doctrina Macrobium fuisse differentem De Sonno Scipionis lib. II. Quod si hic ad αποτελεσμata doctrinam referre malis, ut sane videtur, non inficias iverim. Scitum est enim Pythagoram, teste Laertio lib. VII cum Chaldeis, & Magis astrologiae auctoribus fuisse versatum, & Solem, Lunam, ceteraque astra pro Deis habuisse.

V. 25. & seq. οὐτε . . . τοσα επιτηρησι κ. τ. λ.) Reliquæ hujus Columnae lacunas de nostro opplere ausi non sumus; incerta enim sunt fere omnia, quae extant, adeo elementa evanerunt: que tamen referri queant in sequenti Commentario Cap. XVI habebis.

V.39. ὑπὸ τῶν τραγῳδῶν) Quo haec spectare possint, vide in Schol. ad Col. sequentem.





G. B. Malosci del.

Gius. Aloja inc.

C O L U M N A XXXII.

τονόν
 οὐ τα
 μελη , καὶ
 . . . αλλαὶ διαθεσίς
 5 αυται· τα τέ πολων αυτα ,
 καὶ οὐκ ὑπερε-
 ναι εγενότο . Αλλ έπε-
 ται δε καὶ κατα την ευαρ-
 γελαν , ὡς οτε την ἀγω-
 10 στων οἱ ταῦτα , διατρα-
 νομενοι τας εἰρημένας
 εχθει κακίας , οτε των ι-
 διωτων οἱ χαριεντες , οὐκ οἱ
 οι σοφοι καὶ φιλοσοφοι ,
 15 καθαπέρ οὐδ οἱ τα τοια οὐδ
 ποκρινομενοι παραχε-
 ώντες , ετι δη δολον οἱ ακε-
 ώντες , ὡς αυ ουτε ημα-
 σιν ασχροις , οτε σχημα-
 20 σιν , ουτε φρονηματινοι συνεβί-
 ζομενοι . καὶ τοτε ει ταῦτα
 φωνης εκπεφυκε , παρ ή
 ήμας τοις προσωποις αυ-
 25 τοις σχεδον τι-
 ον
 δι οὐδε των πασχοντων α-
 γιουσιν , ἀ μεληδητικει κι-
 30 θαριστης προς τον φυγον .
 Ει δε τις οιται καὶ συλλαβας
 μημητικας , ταδε πολ-
 λα μολισκη παραπλησι-
 οις βλεμματιν , καὶ σχημα-
 35 σιν , καὶ τιοι επεσιν ευ συναμι-
 βεθαι , καὶ κατατηγεσθαι
 το θυμοειδες , καὶ την ου-
 τως αμεταπτωτον οο-
 φιαν υπο των φιλαρωτα-
 40 των περιστασθαι

. non cantus ,
 & sed adfectiones ipsae ; atque
 haec multorum sunt , neque ab
 illis sunt . Sed etiam hinc se-
 quitur secundum evidentiam ,
 quod neque scenici artifices ,
 qui cantus illos perficiunt ,
 dicta habent vitia , neque
 ex privatis viris , qui sunt
 politiores , nedum sapientes ,
 & philosophi ; quemadmo-
 dum neque histriones , qui
 obiter audiunt , & ad sum-
 mā quicunque eos auscul-
 tant , utpote qui neque tur-
 pibus verbis , neque gestibus ,
 neque sententiis adsueverunt .
 Et si quandoque haec a vo-
 ce originem ducunt , secun-
 dum quam nos personis ipsi
 fortasse a-
 liquibus


 neque qui ita sunt adfecti ,
 postulant ea , quae citharoe-
 dus canet ad rhythmum . Si
 quis autem putet etiam syl-
 labas imitativas esse , & Mu-
 sicam ut plurimum ad finibus
 spectaculis , ac gestibus , &
 quibusdam verbis belle con-
 respondere , atque per illam
 animi vim emolliri , & adeo
 immutabilem sapientiam le-
 viissimis rebus distrahi . . .

V. 9. των αγωνιστων) Heic procul dubio αγωνιστης non pro quocumque scenico auctore , sed pro eo , qui modos Musicos ficeret , sumi debet. Iste enim ταυτα (μελη) διαπερισ-
μενοι , his cantus perficienes distinguuntur infra ab iis τα τοιωθα θποκριτομενοι , qui eadem
representarent , h. e. histriobus .

V. 11, 12. τας ειρημενας εχετι κακιας) Haec verba nos ad investigandum , quid superius
deesset , manuduxerunt . Cum enim & agonistis , qui modos musicos facerent , & hi-
strionibus , qui redderent , & quotquot exaudirent dicta vitia abdicet , procul dubio non
alia , ea vitia esse possunt , quam quae lascivienti & nimis fractae theatrorum Musicae ad-
scribebantur , ut scilicet animos conrumpent , & effeminas redderet : quam fuisse veter-
rum opinionem ex adhuc adlati Scriptorum testimoniosis , & ex Maximi Tyrii verbis ad
horum Scholiorum calcem adscribendis fatis constat . Id autem Stoicus idcirco protulerat ,
ut inde Musicae vim in animos demonstraret . Sicut enim proba & severa Musica animis
componendis , ita garrula , & mollis conrumpendis censembar idonea . Noster ergo , qui
utrumque negabat effectum , id etiam factio probare studet , inquiens experientia compre-
hendit esse , & eos qui conficerent , & qui redderent , & qui audirent Theatralem Musicam ,
iis animi vitiis minime laborare , dummodo turpibus verbis , actibus , fententisque non fo-
rent adfueti .

V. 14. σοφοι , και φιλοσοφοι) Sapientes isti , & Philosophi , quos a Theatrali Musica
minime abhorreant , quin vitium ullum animi contraherent , non alii sane sunt ,
quam ipsi Epicurei , qui Magistrum sequunt Theatra oblectationis gratia frequentabant , ut
ex Plutarcho docuius in Praefatione §.XIII pag. 15 , & ipsem infra Col.XXXVII , v.26 ,
& seq. fatis ostendit , cum ait : διο και παρεκτενοντων πολλαχι των αγωνων αλλο τι πρα-
τομεν : propterea in longum saepe abeuntibus spectaculis , aliud agimus , h.e. animo abalienamur .
Saepe igitur spectaculis Epicureus aderat .

V. 33. αμεταπτωτοι) Si ita legeris , his utique verbis Stoicum a Philodemo vellicari
concedes . Ridet enim Epicureus Diogenem , quod is , qui cum suis adeo immutabilem
constantemque sapientiam venditaret , timeret ne ipsa a levissima re , qualis erat theatralis
Musica , flecteretur .



ΜΟΛΔΟΡΓΑ ΟΝΤΕΝΟΤΙ
ΛΟΠΗΡΑΤΑΣ ΧΑΣΕΛΕΧΜΟ
ΝΑΚΚΑΙΣΥΜ ΛΒΕ Σ ΑΠΟ
ΣΗΛΕΡΟΥ ΔΙΤ ΙΛΗ
ΑΝΤΙΩ ΔΙΛ ΕΙΜΕΝΟΝ
ΑΤΑΣΤΗΣ ΜΑΤΑ ΟΝΕΡΑΧ
ΤΙΜΩΡΑΙΝΕΝΕΑΡΓΟΥΣΟΝ
ΩΣΣΟΥ ΝΑΛΟΝΤΕΣΜΟΝ
ΔΙΧΥΑ ΟΝΙΜΕΛΗΤΑΥΘΑΧ
ΦΡΙΜΕΝΕΔΑ ΤΑ ΕΙΛΑΝ
ΤΙΚΕΙΜΕΝΑ ΚΑΤΕΥΣΤΑΙΔ
ΠΕΡΟΙΑΕΓΕΤΑΙΚΑΙΟΜΟΧ
ΔΗΝΤΩΝ ΤΕΧΝΩΝ ΠΑΝΤΕ^ς
ΛΙΦ ΣΩΦΕΛΕΙΝ ΚΑΙ ΓΕΡΓΕΩ^ς
ΓΙΑΚΑΙΥ ΦΑΝΤΙΚΗ ΚΑΙ ΙΟΙ^ς
ΔΩΜ Η ΚΑΙ ΜΟΛΕΙΤΙΚΗ
ΑΙΠΛΞΙΟΥ ΣΑΛΛΑΙΚΑΙΤΑΣ
ΜΕΝΩΦΕΛΕΙΝ ΑΝΤΙΚΕΙ^ς
ΕΙ ΕΙ ΚΑΙ ΩΑΝΑ ΚΑΒΙΚΑ
ΚΟΙΣΒΟΝΘΟΥ ΣΑΣΤΗ ΔΕΤΕΡ
ΠΕΙΝΜΟΝΟΦ ΥΣΙΚΩ ΟΥ
ΚΑΝΑΤΚΑΙ ΣΚΑΙΚΑΤΛΗ^ς
ΤΟΝΔΟΓΕΝΗ ΦΙΛΟΣΩΦΑ^ς Α^ς
ΣΠΑΝΙΟΥΣ ΣΦΕΛΟΥ ΣΑ^ς ΑΙ
ΜΟΤΣΙ Η ΚΑΙ ΤΙ^ς ΣΑ^ς
ΜΠΕΙΡΙΩΝ ΦΑΥΑ ΣΑΓΙΕΙΧ
ΤΑΙΧΕΙΡΩΝ ΕΥΗΒΕΣ ΔΑΙ^ς
ΤΟΙΣΜΑΒΟΣ ΣΙΝΑΠΙΣ ΧΥ^ρ
ΣΕΦΑΙΤΑΡ ΤΟΥΜΕ ΛΑΣΙ^ς
ΦΕΛΟΥΣΑΥΤΗΣΟ ΚΑΙ ΝΟΙ^ς
ΣΙΣΥΐΚΑΙ ΟΙΣΜΑΤΙ ΜΕΤΑ^ς
ΔΙΔΑΣΙΚΑ ΓΑΡΑΖ ΝΕ^ς
Σ ΒΑΙΔΥΝ ΑΝΤΑΙΚΑΙΠΕ^ς
ΠΛΑΗΝΣΩΑ ΚΑΙ ΠΟΛΛΟΙ^ς
ΓΟΥΣΙΜ ΔΝ ΕΠ ΝΩΡΘΩ^ς
Η ΔΑΟΥ ΥΣΟΥΑ^ς
Σ Β Ο ΜΙΟΙΔΟΤΙΝΟ ΜΙ^ς
ΔΙΤ ΟΣΗΚΙΝΑΥΤ Χ ΜΕ^ς
ΔΡΜ ΑΝΕΙΝ ΖΟΥΣ Ε^ς
ΑΙ ΣΚΑΙΜΕΤΕΙΗ ΣΑΙ^ς
ΛΙΤ ΤΟ ΝΟΜΕ^ς
ΚΑΝΑ ΑΣΤΟΟ^ς

C O I . XXXIII

C O L U M N A XXXIII.

125

ομοιχ δε παθούτων . ὅτε
καὶ γυρὰ τας φυγας ελεγμο-
νας , και συμπτ αθεις , και θησι-
ας ἡμερες αντι των εν-
5 αυτιας διακειμενων
καταστησει . Ματαιο ου αρα
τι μαραγειν ; εναργες ου-
10 τος , οις ου μαλλονα ο σμων ,
και χυλων μελη ταυθ' , α
φασιν εναντιαζαι ταδε τ' αγ-
τικειμενα . Κατεψευσται δε ,
παρ' οις λεγεται και το μο-
νη των τεχνων παυτε-
15 λως αφελειν . και γαρ γεωρ-
για , και ιδιαντικη , και οικο-
δομηη , και πολιτικη ,
και πλειες αλλαι . και τας
μεν αφελειν αυ τις ειπει-
20 εν δι καιας αιγαγκαιοις και
κοις βοηθεσας , την δε τερ-
πειν μονον φυσικως , ε-
χ αναγκαιας . και κατ αυ-
του λογου η φιλοσοφια
25 σπανιες αφελεσα και
μεστην , και πολλων
ε μπειριων Φαινων γινε-
ται χειρων . Ευηθες δε και
τως μαθεσιν αποσχυρι-
30 ζεοθαι περι τη μεγαλω-
φελες αυτης , διτι και αιδρασι ,
και τοις παισι μετα-
διδοσι . και γαρ αλαζονευ-
εσθαι δυναται , και περι-
πλανησθαι . Και πολλοι Αε-
35 γγοι μηδεν επεινηρ θω-
σαι μην εσιτους θεις , οδε με-
θαρμοσαι . πολλοι δι , διτι νομι-
ζεσι πρεσην αυτοις με-
ταλλαμβανει της τεχνη-
40 τας , και μετειπλαθαι ,
αυτην της τεκνους μεβηρ-
μονειναι φασιν . άστε

simili modo adfectos ; quippe etiam concio animos opposite dispositos misericordes , & compatientes , & aequem mansuetos reddat. Ut quid frustra evanescere ? cum evidens sit, potiores non esse odoribus, & succis cantus istos, quos aiunt immutare posse huiusmodi inter se opposita. **J** Falsi sunt autem, quot- CAP.XVII.
quot dixerat etiam ex artibus An utilita-
hanc unam omnibus & omni- tem Musicas
no prodeesse ; etenim agricultura , & textoria , & architec-
tura , & politica , & plures
aliae omnino profunt : imo vero
has prodeesse iure quis dixerit ,
utpote quae necessariis malis auxilium ferunt, hanc vero tantum
naturaliter , non necessario ob-
lectare : atque secundum ipsum
eorum ratiocinium Philosophia
non solum Musicā , sed etiam
pluribus practicis , vilibusque ar-
tibus deterior esset , quippe ab
ea rari sunt , qui emolumentum
cipient. Simplicis autem viri &
incauti est auctoritate illorum
niti , qui Musicam didicerunt ,
quod ad magnam ipsius utilitatē
quam & a viris , & a pueris
percipi autumant ; fieri enim
potest , ut vel sese iactent , vel
decipientur . Et multi quidem
fatentur , Musicam neque suos
filios conrexisse , neque meliores
reddidisse ; multi vero , quippe
sibi putent expedire artifices
recipere , & ab illis invicem
recipi , eam suos filios melio-
res reddidisse adsificant. Itaque
etiam


221


V. 5. εντιως δικαιεμενω) Optime sic exaraverat librarius ; cur autem dein emendavit εντιως ? Non aliam possumus tam inficetae emendationis rationem reddere , nisi quod ab eodem sciole procererit , qui Col. XVIII v. 37 pro Θαληται inepite emendaverat Θηλητα , & alibi alia non satis feliciter ; vel potius , quoniam eadem librarii manu facta additione adparet , quod dictans , ut fieri solet , cum primum protulisset εντιως , mox abalienatus reddidit εντιως , atque e vestigio crassae Minervae auditor refixit εντιως ; ut alibi etiam factitassem iam animadvertismus Col. XXIV v. 11. Dictato enim exceperis totam hanc Columnam etiam ab insequentibus adparet . Etenim v. 10 Librarius noster , ut vides , scripsicerat Φαμεν , mox correxit φωνη , adpictis supra M & E duabus elementis C I. Huiusmodi autem σφαλμα , quis non videt a dictante potius , quam a librario ipso profectum ? Auctor enim ex tempore dictans faciliter negotio linguae lapsu pro φωνη pronuntiare potuit Φαμεν , quod mox conrigendum iussit . Ita & aliae emendationes , quae in hac Columna occurserint , eodem sunt nobis indicio . Ut cum v. 15 posuit υφαρτηη adpicta I. quia putatur esse tertium casum , dein obelo illud iota confixit : & v. 17 pro πλαισιον plures , exaraverat πλαισιον navigia , nondum enim sententiam adsequutus soni adfinitate deceptus est . Atque hinc rursum similem harum diphthongorum οι , & η pronunciatione suisse coniicies .

V. 8, 9. ου μαλλονα οσμων και χυλων) Eadem heic utitur comparacione , quam Col. III v. 34 protulerat , ubi non esse Musican imitandi vi praeditam μαλλον ηπειρη μαγευσην , magis quam coquinaria . Quia Epicureo persuasum erat omnes sensuum affectiones similes esse . Quae Epicureorum opinio procul dubio ansam Aristoteli praebuit , ut illud problema proponeret Sez. XIX quaest. 29: δια τι οι ρυθμοι και τα μελη θων ησαν ειναι ; οι δε χυλοι ου , αλλ' ουδε τα χρωματα , και αι οσμαι ; η δτι κινησι οινοι , ασπερ και αι πραξεις ; ηδη δε η μεν ενεργεια ιδιοι , και ποιει ηδοι . οι δε χυλοι , και τα χρωματα ε ποιουσιν ομοιοι ; cur rhythmi & cantus , qui voices sunt , moribus adjimilantur ; sapores vero , quin & colores , & odores nullam eiusmodi similitudinem gerunt ? An quia motiones sunt , non secus ac actiones ? Energia profecto quid morale est , & mores creat ; sapores autem , & colores nihil simile efficiunt . Ceterum idem Peripateticorum Princeps saporum comparationem ad res Musicas adferre non dubitavit , cum ibidem probl. 44 querens , cur suavis canilenam audimus , cum ad tiabiam , quam cum ad lyram canitur ? Vini , & aceti multis comparacione uitetur .

V. 21, 22. Φυσικοι ουκ αναγκαιαι) Distinctio , ut ait Athenaeus lib. XIII cap. 1 θρηλουμεν υπο των Επικυρων , apud Epicureos vulgarissima , scilicet : οτι επιθυμιαι αι μεν εισι Φυσικαι μεν , εις αναγκαιαι , αι δε ετε φυσικαι , ετε αναγκαιαι : cupiditatum quasdam esse naturales , at non necessariae , quasdam vero nec naturales , nec necessariae . Sed Tullius triplicem eam refert in I De finibus , cum ex persona Torquati sic ait : quae est enim aut utilior , aut ad bene vivendum aptior partitio , quam illa , quae est usus Epicurus ? qui unum genus posuit eorum cupiditatum , quae essent & naturales & necessariae , alterum , quae naturales essent , nec tamen necessariae , tertium , quae nec naturales essent , nec necessariae . Epicuri autem verba haec sunt in epist. ad Menoeceum apud Laert. lib. X : αναλογιζεν δε οις των επιθυμιων αι μεν εισι Φυσικαι , αι δε κεραι και των φυσικων , αι μεν αναγκαιαι , αι δε φυσικαι μονοι . των δε αναγκαιων αι μεν προς ενδαιμονιαν εισι αναγκαιαι , οις αι προς την τα σωματος αναγκαιαι , αι δε προς αυτο το ζων : considerandum vero , cupiditatum alias esse naturales , alias inane ; & naturalium alias esse necessariae , alias tantummodo naturales ; ex necessariis vero alias ad felicitatem addinere , ut quae ad corporis indolentiam , alias ad ipsam vitam . Quam mox divisionem lib. II ut ineleganter factam traducit . Hinc autem penitus Epicurei nostri mentem adsequimur . Ait enim agriculturam , textoriam , architecturam necessariis malis occurtere , quippe scilicet iis cupiditatibus satisfacerent , quae & naturales essent & necessariae ; Musican vero naturaliter , non necessaria oblectare , quippe eam cupiditatem , quae naturalis , non tamen necessaria est , explaret .

V. 36, 37. μεθαρμοσατ) Integrum heic vocem supplevimus indicio eiusdem , quae recurrere videtur v. 41 , 42. Sententiae enim quadrat , siquidem teste Budaeo , optime adcipitur μεθαρμοζω pro immutare , & meliorem reddere . Praeterea nulla aptior vox usurpari poterat ab Harmonicis , qui ope Musices mores iuvenum emendari solere iactabant .





S. B. Malesci del.

Gen. Casanova inc.

C O L U M N A XXXIV.

καὶ Δαμόν, εἰ τοιχωτά
 πρὸς τές αλκηνίες ἀρσο-
 παγεῖταις ελεγε, καὶ μη τους
 πλαττομενες, εφευκι-
 5 ζεν απηρας. Οὐ θαυμαστού
 ὁ αὐτην, οὐδὲ ὅτι παρ' Αθη-
 ναις επικιθη, καὶ πασιν
 τοις Ελληνιν, καὶ των ἰοων
 καὶ τοις ἱερονικαις Ηξι-
 10 θη· καὶ γαρ ἄμα
 πολλα δε, καὶ μεγαλα
 κακα· καὶ φιλοσοφιαν δη
 δια το μη τετευχεναι τοις
 ὄλοις επαθλον ατιμα-
 15 ζειν αρα· καὶ δια τα συμπε-
 πλεγμενα προηγαγον σφο-
 δρα· καὶ της ύπο τετων ε-
 πανθμενης θδεεν δι-
 δοσιν. Ειρηται δε περι
 20 τε μερες, καν ταυτα μεν
 επι πλειονα εν τῃ δευτε-
 ρη των ύπομνηματων.
 Δελλα μηδε θεος μεν ου-
 θεις ἔρετης εγενετο της
 25 μεσοκης, μηδε παρε-
 δωκε τοις ακθρωποις, αλ-
 λα ούτω παρεκμαθον, ἵς
 προτερου απεδωκε μεν.
 λογον δε, καὶ Φρονησιν,
 30 καὶ παιδευτικας επιστη-
 μας θδεις ευσεβης νοει
 τον Ερμην, καὶ την Αθη-
 ναι, καὶ τας Μεσας. Ει δ' ὁ
 35 λογος, η λογοθος επηγαγευ
 την μεσοκην, εκ ηδη
 χομοιην, δια το και τα χει-
 ριστα· τον δε λογον ακαγγω-
 μι, καὶ Φρονησιν, καὶ τας παι-
 δευτικας επιστημας δυο λα-
 40 βειν λαβας· ὀστ' ει δια τας αιτιας
 εξειρον θεοι την μουσικην,
 καὶ τας αλλας τεχνας απε-

etiam Damon, si talia coram
 veris, non fictis Areopagitis ad-
 seruit, perverse eos ludificavit.
 Minime vero mirari debemus,
 si ipsa apud Athenieses, Grae-
 cosque universos in honore ha-
 bita sit, & iisdem digna prea-
 miis, quae sacrorum ludorum vi-
 ctoribus dantur; etenim & mul-
 ta alia simul, & magna mala
 in pretio habuere: ideoque Phi-
 losophiam, utpote quae univer-
 sis praemium non pariat, defi-
 pectam cerne; & propter eidem
 adiuncta Musicam nimis pro-
 duxerunt; & eius Musicae,
 quae hodie ab ipsis laudatur,
 nihil tradiderunt. Atque haec
 de prima parte, et si pluribus
 de hisce in secundo Hypomne-
 matum differemus. ¶ Iam ve-
 ro neque Deorum aliquis inven-
 tor fuit Musicas, neque eam ho-
 minibus tradidit, sed sic eam
 didicerunt, uti nos superius ex-
 plicavimus. Loquendi autem,
 & ratiocinandi artem, & eru-
 ditivas scientias nemo vel reli-
 giosus vir sibi persuadet Mer-
 curium, & Minervam, & Mu-
 sas nos docuisse. Quod si ratio,
 vel ratiocinium Musicam indu-
 xit, non protinus utilis illa erit,
 propterea quod etiam pessima
 rationis ope inventa sunt: ratio-
 nem vero, & intelligentiam, &
 eruditivas scientias duas capere
 ansas novimus. Itaque si ob
 hasce causas inventores Musicae
 sunt Dii, reliquas etiam artes
 tradi-

CAP.XVIII.
 An Musicam
 Dei inven-
 triat?

V. 1. Δαμων) Sic legendum esse nullus dubito. Fuit enim Damon Atheniensis celebris Musicus, qui eam artem Periclem docuit, teste Plutarcho in eius vita, nec non alios nobiles adolescentes, uti discimus a Platone in *Lachete*, qui eum summis laudibus extollit, dignumque ait, cuius disciplinae pueri committerentur: καὶ γὰρ αὐτῷ μοι εὐγένος ἀδρά προεξῆσθαι τῷ οὐεὶ διδασκαλῶν μετικης Αγαθοκλεῖς μαθητὴ Δαμων ἀδρὸν χαριτάτον εἰ μόνον τὴν μουσικὴν, ἀλλὰ καὶ τ’ ἄλλα ὅποια βέλει, ἐξ οὗ συνδιάλυσθαι τηλικετοῖς νανοσοῖς: μηδὲν enim mibi conciliavit hominem, qui filio meo praeceptor Musices esset, Damonem Agathocles discipulum, omnium non in Musica modo, sed & in ceteris facultatibus quibuslibet elegantissimum atque exultissimum, dignumque qui talibus adolescentibus operam praefet. Quare ait Aristides Damonem manifestum reddidisse, quomodo Musica non existentes in pueris, & in proætioribus mores fingere, & latentes educere valeat. Eius verba recitavimus ad Col. III v. 24 pag. 19. Vide etiam Galeni locum, quem adlegavimus ad Col. XIX v. 14 pag. 89. Quadrat igitur Damonis exemplum huic loco, ubi de puerorum institutione per Musicam, eorumque emolumenta verba fiunt. Quid autem illud sit, quod coram Areopagitis ipse dixisse ferebatur, quodque in dubium revocat Noster illis verbis πρὸς τὴν αλεθίνην προηγαγήτας, καὶ μη τὴς πλαττομενός, penitus ignoramus: nisi hoc unum novimus, teste Isocrate in *Areopag.*, publicam puerorum institutionem apud Athenienses Areopagitis fuisse concreditemus.

V. 6, 7. παρ' Αθηναῖοι επικρίθη καὶ παῖς τοῖς Ελλησι) Id quidem in dubium a Nostro revocari non poterat. Qua de re ait Athenaeus lib. XIV cap. 8: τὸ δὲ δόλον εοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ελλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μαλιστὰ εἰναι δεδεμένη καὶ παντας τὴς χρονεις τῇ τεχνῇ ταῦτη σοφίας απεκαλοῦν: ad summam vetus Graecorum sapientia Musica maxime contenta esse videtur & omnes artem illam profitentes Sophistas adpellarent.

V. 10, 11. ἀμά πολλὰ) Vel animo abalienatus, vel crasse nimis distanti addictus, cum is eadem verba ἀμά πολλὰ iterum efficeret, bis exaravit: quare expungenda duximus; et si puncta in male habita papyro non adpareant.

V. 12. καὶ φιλοσοφίαι δῆ) Heic iterum ab imperito librario pro δῆ, positum erat δε.

V. 16. προηγαγόν) Eadem diversis verbis scriperat superius Col. XI v. 16 συμπλακεντα περιβλεπτούς επινόειν. Utitur autem verbo προαγώ produco, ut adludat ad Stoicorum προηγμάτων, in quorum numero censebant Musicam, uti iam diximus ad Col. X v. 32, & ad Col. XI v. 14.

V. 18. μέντον διδασκον) Non alio plane sensu exponi posse verba isthaec, fortasse non abnuent peritiores: his enim ad recentiorem Musicam, quam minime veteres agnoverunt, adludit.

V. 19, 20. ερχεται περὶ τὴν μερός) Haec procul dubio aliquam divisionem respiciunt initio propositam, quo nos destituimur.

V. 21, 22. εἰ τῷ δευτέρῳ τῶν ὑπομνημάτων) Vide quae adnotavimus ad Col. XXIV v. 5.

„ quidem potentia partim cuique est inge-

Oo „ nita,

(1) Vide, quæ differuimus in Praefatione §. XIV, & XV,

(2) Confer huc, quæ habet Col. III v. 9,
& seq. & quæ adnotavimus ad Col. I v. 43.

nita, partim studio comparatur. Et sane ex ea parte, quae ingenita est, & irrationalis, melius dijudicari putat ipsius facultatis robur, quam a parte, quae scientiam respicit; quippe cum eam magis evidentem, magisque parabilem, & expeditam reputet. Hoc autem irrationale, & adeo exceptum, quod evidens esse ait, vulgo recipitur. Etenim qui in eadem ferme sunt haeresi, ac Stoicus iste, non modo sensum secundum propriam dispositionem nequam inhabile fatentur subiectum, sed etiam eundem pro Musices criterio constituant, quantumvis in eo inter se discrepant, num aliquando iucunde, an iniucunde a certis cantilenis auditus adficiatur. Et re quidem vera, quantum ad hoc adinet, evenit saep, ut differunt inter se auditores; sed id non aliunde, quam a praevis animorum dispositionibus ortum dicit. Nam inter aures nulla omnino est differentia, sed omnes aequae hominum aures similibus cantibus adficiuntur, & simili voluptate suuntur. Adeo ut Enarmonium, & Chromaticum genus non ex irrationali audiuit, sed ex praecognitis opinionibus distinguntur. Li enim, qui stant pro Enarmonio, quemadmodum Stoici (1), hoc Musicas generis dicunt esse grave, & generosum, & simplex, & purum; Chromaticum contra effeminatum, adfectionate plenum, & inliberale: alii vero, qui pro Chromate pugnant, hoc lene & flexanimum adpellant, ut contra illud austerum, & imperiosum traducunt: utrique tamen ea, quae ipsimet sonniantur, non quae ipsis generibus re vera sint, in medium proferunt. At qui rerum naturam penitus noverunt, Epicurei scilicet (2), quantum ad aurium oblectationem, utrovis Musices genere fruendum censem, propterea quod isti nullum eorum bonorum, quae Musica a plurique vel Philosophis, vel Artificibus adscribuntur, alicuius eius generis secundum naturam ineffeunt. Eodem ferme pauci variae sunt etiam sententiae, quae circa rhythmos & melopoeias feruntur; quaque item a praecognitis oriuntur opinionibus. Et enim, ut patet, Musica, quantumvis variata, & multiformis esse suapte natura

concedatur, non idcirco ad virtutem conducet, & morum similitudinem adsumet, nec unquam commovere, & flectere animos poterit, qui nunquam in eodem statu permanent, sed modo inflammantur, modo frigescunt, modo indignantur, modo quietantur. Et propterea, cum Musica quae-^{Col. III.} rit tales scientiam, qua possit dignoscere, que pacto certas quedam sensum adfectiones animis commovendis idoneae excitari queant, scientiam, quae nusquam exsistit, venatur, & frustra tradendis preceptis infudat. Quandoquidem nullum melos, quatenus melos nudum est, quid scilicet irrationale & brutum, neque animalium quietcentem & immobilem excitat, & urgebit ad capessendos mores naturae magis idoneos; neque dum adhuc servet & agitatur, unquam compescet, & tranquillum efficiet; neque ex una in alteram propensionem inclinabit; neque praesentem eius adfectionem vel adaugeret, vel minuere valebit. Nec enim Musica, auribus titillandis unice destrinata, est quid imitativum, ut quidam sonniantur (multo minus ut iste Nofer, qui varias modorum Musicorum concinationes, quae certum cantilenae motum, sive genium constituant, non quidem imitativas esse adserit, sed omnes omnino tales, quae in se, & magnitudinem, & demissionem, & virilitatem, & ignaviam, & modestiam, & audaciam contineant), non est, inquam, imitativa magis, quam ars coquinaria, quae palatu vellicando sapores excitat. Et propterea concludendum Enarmoniam, & Chromaticam Musicam neque per se differentes esse, neque per mutuam earum admixtionem, neque oppositas inter se invicem habere qualitates, quantum ad aurium sensum spectat. Has enim diversas earum affectiones soli artifices, prout sibi fixerunt, adgnoscunt. Quae autem Stoicus Nofer praedicat de eo, quod homines ad laborandum incident cantilenas, atque adeo generatim sermonem ne ipso sint magis commoventes, quippe apud operarios similis canendi mos adhuc perduret (3), alio loco infra vietum debimus.

I N C A P U T II.

An Musica Divinitati colenda per se sit idonea?

Cum Philodemus pro viribus probare studuerit, nullam inveniri posse Musicam, quae animos resolvere, instituere, & informare valeret, pauca subiecta sibi esse censuit de Musica, quae Deorum cultui impenderetur; propterea quod sacra Musica in primis apud veteres audiebat, utpote quae hominum animis percellendis praecipue esset

(1) Vide adnotata ad Col. II v. 20.

(2) Confule, quae in Praefatione diximus de Epicuri circa Musicam sententia, Plutarcho

auctore.

(3) Vide, quae coniecumus ad Col. III v. 43.

147

set idonea (1), & proinde de ea, ut par erat, mentionem Stoicus Musicae fautor intercerat. Cumque Philodemus de huiusmodi Musica iam aliqua delibasse, in antecedentibus fortasse voluminibus, profiteatur, atque iterum de ea se pertractaturum spondeat (quam fidem mox Cap. XI, & XVIII liberat), pauca subicit non quidem, ut eam animis percellendis idoneam esse deneget (quippe quod universam Musicam in animos hominum influere non posse satis superque inn evicisse putaret), sed ut ipsam ne cultui quidem Divino inferire doceat: deinde aliqua de Theatri etymo, quod aliqui a nomine θεος derivabant, subnecet. Quare sic disserit:

Colom. 4.
,, Iam vero de honore, quo per Musicos
,, Divinitas adscitur, satis quidem super-
,, que in antecedentibus disputavimus, &
,, rursus aliqua dicenda mox occurrit (2);
,, pauca tamen, quae magis sunt momen-
,, ti, libet nunc proferre. Divinitas profes-
,, etio nullis nostris indiget honoribus: cum
,, autem natura nobis eam venerandam ef-
,, se dicit, in primis quidem per sanctos
,, animi impulsus, quos Deo ipso adstante
,, persentisimus, deinde etiam per cere-
,, monias patrio ritu unicuique singillatimi
,, traditis colimus: Musica vero nequa-
,, quam inter huiusmodi ceremonias praef-
,, cepta invenitur. Quapropter male inde-
,, fertur Musicam, et si eas ceremonias
,, aliquando conitetur, singulis utilem esse:
,, si modo ipsas publicas preces, quae cum
,, cantu proferuntur, excipias. Et proinde
,, perspicuum est nec quilibet Musicae
,, speciem, nec quidquid olim traditione
,, adcepimus factitatum ab antiquis (non
,, timen ab omnibus, sed a quibusdam
,, Graecis, & certis tantummodo temporis-
,, bus), quodque nunc per homines mercenari-
,, os, & multum laetivienti voce perfestre-
,, pere peritos perficiunt, ad Divinitatem
,, coledam rationabiliter conducere: &

Colom. 5.
,, praeſertim cum hodie multo maior sit
,, honiū venalitas, conſtanterque iam
,, Musicam a sacris deturbaverint, & non
,, nisi in ſpectaculis recipiant. Atqui pri-
,, ficeſ temporibus celeberrimorum etiam
,, ſpectaculorum (3) maxima pars nequa-
,, quam in canibus, & instrumentorum
,, concentibus conſtituebat. Itaque *Deinceps spe-
ctare, & ex ea, ſpectatores, & Theatri &*
,, *familia nomina fruſtra quidam a nomine θεος*
,, *derivant, ut probent Musicam, quae primitus*
,, *in foliis templis Divino cultui inſerviret,*
,, *cum in extorta poſtmodum theatra ſuſſet*
,, *inducta, divinum ipſis nomen communicaſſe.*
,, *Etenim reſte utique dici poſſet a verbo*
,, *Sev., quod eſt curvare, facta eſſe ſeueniū, columnas.*
,, *ſpectare, & ſexta, ſpectatorem, & ſexto;*
,, *ſpectaculum (nempe quia in curſu vetuſiſ-*
,, *fima ſpectacula (4) conſiſterent); non enim*
,, *quid magis communē cum hiſce vocabu-*
,, *lis habet nomen ſeuen, quam verbum ſeuen.*
,, *Ad haec addi poſſet, nos Diis acceptam*
,, *referre ſpectaculorum indiſtinctiōne in fa-*
,, *bris ſolemitatibus eorum honoris gratia,*
,, *non vero Musicam, quae ad auditum*
,, *unice pertinet. Quin potius dicendum,*
,, *ſpectacula inde adpellationem adcepifſe,*
,, *quod tuu oculis, tuu mente ſpectarentur.*

I N C A P U T III.

*An Musica aliiquid conferat Encomiis, Hymeneis, Epithalamiis,
Eroticis, Threnis?*

Cum multa Noſter diſſeruerit, ut Musicae omnem inſtruendi facultatem abiudicaret, ad Encomiasticam Musicam gradum facit, quidque de ea ſentiendum ſit, diſputat; qua in re procul dubio ſuum adverſarium inſequitur. Huiuscē autem tranſitionis ſatis probabilem protulimus cauſam in Schol. ad Col. V v. 15: quia ſcilicet heroum encomia, quae canerentur, non parum ad rectam animorum iuſtitutionem conferre merito credentur, & proinde certam τετραδύσιον partem non fecus, ac ſacra Musica, conſtituerent. Cum vero ab Encomiis ſeſe paucis expediverit, aliqua de Hymeneis, & Epithalamiis ſubnecet, deinde de Amatoriiſ cantilenis, denique de Threnis diſputat, ut probet nihil horum carminum vim per modos Musicos adaugeri. Hunc autem traſlationis ordinem rem ipsam expoſcere docimus in eodem Schol. ad v. 31. Namque melici omnes huiusmodi cantus, docente Proculo in Chreſṭomatia, ex eorum erant genere, qui ad homines referrentur. Quibus ſane adcenſeri oportebat etiam epiničia h. e. carmina in victorum laudes decantata. Idcirco ſe alibi diſputaffe de musica in bellis energia, & iterum adverſus alios Philosophos diſputatum iri profitetur; ut arguas ſe iis in locis de Epiničis verba feciffe. Heic ergo Encomiis, quae aliquo pacto ad praecedentium Capitum argumentum pertinebant, adnecet Hymenaeos, Epithalamia, Erotica, Threnos, quae omnia eiudem generis erant. Atque ita proſequitur:

Colom. 6.
,, Cum ergo ſufficienter iam de animo-
,, rum iuſtitione per Musicos diſputave-
,, rimus, de Encomiis eadem dicamus,
,, quod ſcilicet Encomia, & heroum lau-
,, des

(1) V. Schol. ad Col. IV v. 2.

(3) V. Schol. ad Col. X v. 1.

(2) Id expedit Col. XX, XXI, & iterum XXXV.

(4) V. Schol. ad Col. IV v. 37.

„ des poëtae carminibus contineantur; car-
„ mina vero minime id praestent, quia
„ adnexam habent Musicam, de qua nunc
„ quaerimus: ad hacc eiusmodi carmina
„ ita plerunque scribi, ut nullius sint pre-
„ tii, & ipsi, qui laudantur, parum in-
„ telligibilia: quod quidem vitium non
„ Poetarum solummodo est, sed etiam Ora-
„ toribus, & universis Scriptoribus com-
„ mune. Quod vero ad carmina Nuptia-
„ lia spectat, aio ad nuptialis convivia
„ tum coquos, tum etiam cupidinarias
„ solere advocari; quid mirum, si Musi-
„ cos? Praeterea Poëmata, quae adcinnun-
„ tur, non Musica, sunt, quae utilita-
„ tem, quam hic Noster dicit, praebere
„ possunt; in Hymenaeis enim brevis
„ quaedam nubentium genealogia olim te-
„ xebatur. Praeterea apud quosdam, non
„ apud omnes sunt in usu: denique solis
„ coniugibus, non vero aliis prodebet pos-
„ sunt; eos enim ad mutuum amorem, fi-
„ dem, perpetuamque ritus concordiam adhor-
„ tantur (1). Porro etiam dederimus nu-
„ ptias absolute bonum dici posse, nunc fa-
„ ne, cum iam fere apud omnes antiquata
„ sint Epithalamia, nemo fortasse ea, quae
„ nunc minoris ducimus, (2) nuptiis, velu-
„ ti quid proprium, adtribuet. Iam vero
„ amoris affectio non quidem sancta res est,

„ fed potius abnormis, criminumque soe-
„ cunda, ut Musica excitari debet, neque sua-
„ verum illam esse novimus (3), sed vero etiam
„ ab ea turbas quamplurimas existere. Ne-
„ column.
„ que tamen, quos ipse recenset effectus, a
„ Musica perficiuntur, sed potius a Poëma-
„ tis; neque porro a Musica, & a Poësi a-
„ mor adiuvatur, sed multa sunt, quae illum
„ fomentant, ut plurimae sunt rationes,
„ quibus ascendit: & ea ipsa, quae hic
„ vocat in re amatoria Musicae, & Poësis
„ effectus, causa sunt potius rei utriusque,
„ interveniente quidem Deo, ut in omnibus
„ vitae negotiis. Threnos vero etiam poëma-
„ ta esse constat, atque eos, quanti quanti
„ sunt, Musica scilicet, & Poësi simul sum-
„ ta, mederi non posse tristitia adpareat.
„ Eam enim aliquando ad tempus cohident,
„ ut plurimi vero amplius adaugent: &
„ quidem, cum ad id peragendum certatum
„ Threnorum Scriptores contendant; animi
„ autem compositionem, decentemque ha-
„ bitum ex illis consequi non posse patet,
„ cum contra ipsi in doloris excessum ad-
„ filios evocent, nullam in eo partem su-
„ scipientem Musica. Quod vero ad illam
„ adinet, quae bellicam virtutem adiuvare
„ fertur, satis in antecedentibus disputavi-
„ mus, & mox etiam aduersus alios Philo-
„ sophos alia differemus.

I N C A P U T IV.

De Musica, quae ludicris certaminibus inserviret, quid sentiendum?

Cum de omnibus fere Poëmatibus, quibus Musica adjungebatur, verba fecisset Diogenes, postremo loco de Epinictiis, hoc paëto videtur differuisse, ut per ea bellicam virtutem fovari diceret, idcirco quia canendis victorum laudibus in aliorum animis virtutis amor inflammaretur: atque obiter aliqua etiam delibasse de Musica, quae pugnantum militum pectora incenderet, quibus se iam satisfecisse ait Philodemus. Hinc autem facilis nego-
tio pertransiverat ad ludorum athleticorum utilitatem exaggerandam, quibus Musica inserviret: in primis vero saltationis, quae non sine Musica subfido perageretur. Huic ergo Noster sic paucis more suo respondet:

Col. vii. „ Quod autem ad publicorum ludorum
„ genus, aio ludos istos athleticos non ae-
„ que ab omnibus probari, atque laudari:
„ atqui nos communem quaerimus utilita-
„ tem, non singulorum; nec enim bonum
„ aliquid reapie continere ducimus id,
„ quod universis non prodest; imo vero iis
„ ipsiis, qui recipiunt, atque probant, mi-
„ nime suffragatur. Neque porro ducendam
„ reor hominum illiberalium, & abiectissi-
„ morum, & impudentium peritiam, ita ut
„ horum gratia Musican extollam, vel alia,
„ quae ad ludos pertinent, et si ea ludionum
„ arte multum oblectari fatear (4). Et pro-
„ pterea, cum hodie e dramatis amputata

Col. viii. „ sit saltatio, nihil inferiores veteribus
„ sumus; quandoquidem nihil in illa fal-
„ tationis specie inerat, quod ad decorum,
„ & nobilitatem conduceret. Etsi vero
„ hodie poëmata sine interruptione repre-
„ sententur (5), tantum absit, ut putem
„ feminis saltationibus aliquid per Musi-
„ cam adcedere, quod ad nobilitatem, &
„ modestiam, & decorum conduceat, ut
„ potius valde lubricam & suspectam eam
„ scholam reputem, ne quando plura inci-
„ tamenta praebeat ad intemperantiam, &
„ licentiam hodie debacchantem: de qui-
„ bus alibi aliquando progressus verba fa-
„ ciām.

IN

(1) Vide, quae adnotavimus ad Col. V v. 31.

(2) Sic fortasse melius vertenda verba τὰ τελεστούς εὔχεται, quae habes Col. V v. 40.

(3) Confer, quae ait Col. XIII., & quae

ibidem adnotavimus.

(4) Vide, quae in Praefationem §. XIII. ex Plutarcho adnotavimus.

(5) V. Schol. ad Col. VII v. 10.

An Musica suape natura vi movendi folleat?

Inter alias saltationis species illa erat, quam in sacris celebrandis veteres usurabantur. Proinde cum de Athletica, & Theatrali saltatione facta primum esset mentio a Dionysio, ad tertiam, id est *sacram*, quae in Deorum celebritatibus adhiberetur, pergere opus erat. In ea autem specie principem obtinebat locum Dionysiacorum antiquissima saltatio summa cum corporis agitatione in Musicorum modorum rhythmum peracta. Huius igitur horrifonae, & agitatisimae Musicae exemplum propositum, ut inde sibi viam ad aliud theorema firmandum muniret, Musicam feliciter vi commovendi, & excitandi animos suape natura pollere. Illam proinde disertis verbis definiverat ^{ΜΥΣΙΚΟΝ ΕΙΔΟΥΣ ΘΕΤΙ}, esse quid naturaliter commovens. Atque hinc factum esse aiebat, ut remigibus, & messoribus, & vintoribus, & aliis laboriosa opera exercentibus adiungi solerent musica instrumenta, quemadmodum Ptolemaeum naves trahentibus fecisse fama erat. Huc etiam detorquebat Orphei fabulam, qui canendo lapides, arboreisque pellexerat. Huiusmodi praeter motricem vim a Musica exferi praedicabat non solum in animos, sed etiam in corpora. Id autem ut probaret, duo in medium protulerat exempla, alterum scilicet cantoris cuiusdam, qui aspectu hominis in canentium morem conformatus, ad cantum fuerat excitatus; alterum vero Pictoris, qui canentes citharoedi ope similitudinem, quam intendebat, vivissime exprefserat. Quin etiam magis commovere posse melos, quam verborum sententiam, inde arguebat, quod & Crexii poëmata, & hymni qui Ephesi, & Spartae canebantur, denito cantu, multo minus commoverent. Huiusmodi igitur argumenta non modo irridet Philodemus, sed etiam Stoicum exagitat, ea potissimum de causa, quod in Logicam peccans his ipsis argumentis uti neciverit, atque exempla pessime adaptaverit; utpote que ad demonstrandam Musicae vim in corpora adulterer ea exempla, quae, si quid valerent, potius in animos, quam in corpora Musicae influxum probare potuissent; & vice versa animorum commotionem per ea exempla docuerit, quae potius corporibus communicatam energiam ostenderent. Dénique tam variis esse ea de re Scriptorum opiniones docet, ut inde arguendum sumi nequeat. In hanc igitur sententiam ita differit;

Columna. VII.
 „ Iam vero ulterius progrediens sic lego
 „ apud nostrum Stoicum: Cum Dionysia
 „ ipso Baccho auctore primum celebrata
 „ fuerint, vetustum illud melos habet ne-
 „ sciri quid commovens, & animos ad a-
 „ gendum excitans. At vero, si illud divi-
 „ no Numinis adflatu inductum ait, pro-
 „ fecta ad nostram quaestione non perti-
 „ net, neque de eo inquirere laborabimus;
 „ sin autem hoc naturae ipsius carminis
 „ esse putat, ut commoveat, non secus ac
 „ dicimus ignem suape natura urere, quia
 „ naturam habet uirtem, per levem toto
 „ caelo fallitur. Nihil enim aliud significat
 „ τὸ πανεργόν, excitare ad agendum, quam
 „ motu interiore & suo cieri, & sponte in
 „ aliquid ferri. Melos autem, neque impel-
 „ lit hortando, ut sermo, neque concipiatur,
 „ quomodo posfit sponte sua ad aliquid ferri,
 „ & in animis operari, eodemque tempore
 „ socordes animos musicorum modorum ope
 „ excitare, eosque cordia solitus promocio-
 „ res efficere. Ipse enim melos definiens in-
 „ quit, esse quid suape natura commovens.
 „ Tradita igitur definitione tam absurdum,
 „ vitum est ei, hinc deducendum esse morem
 „ adiungendi aliquod musicum instrumen-
 „ tum & iis, qui remos in navibus age-
 „ rent, & olim etiam messoribus, & vintoribus, & plerisque aliis, qui laboriosa
 „ opera exercerent; quemadmodum ipse scri-
 „ bit fecisse Ptolemaeum (1) iis, qui naves
 „ subducerent. Atqui non modo non com-
 „ movet, & impellit ad laborandum can-

Columna. VIII.
 „ Papyr. Vol. I.

„ tus, ut etiam operi non intendant, qui
 „ Musicam praebeunt, & interea, dum ca-
 „ nitur, opus non perficiant operarii. Sine
 „ Musica vero idcirco minus valent, quia
 „ languide in opus incumbunt, & labor
 „ levior evadit, cum voluptas, & solarium
 „ ei admiscetur. Quod si fabulis traditum
 „ adcepimus Orpheum suae excellentis mo-
 „ dulationis ope & lapides, & arbores pel-
 „ lexisse, ut etiamnum soliti sumus hy-
 „ perbolice loqui, numquid propterea ho-
 „ minem constituemus, qui perpetuo aedi-
 „ ficatoribus praebeat tibicinum choro cir-
 „ cumdatus, ut iste Stoicus docet? Ob eas
 „ igitur causas concedimus Musicam labo-
 „ rantribus conferre posse, non vero ob hu-
 „ ius deliramenta. Sed lepidum sane illud
 „ est, quod ait, cantum non modo animos
 „ quodammodo disponere, sed etiam corpora,
 „ quasi hoc pacto eius oratio mai-
 „ ius incrementum sumeret. Sed non con-
 „ siderat ad corpora cantum pertinere, ut
 „ pote qui ad sensum, & auditum perti-
 „ net; & proinde, etiamsi verum illud es-
 „ set, tamen quo phænomenon ostenderet,
 „ oportebat, ut illud, quod præter opinio-
 „ nem magis erat, superstrueret, atque po-
 „ stremo loco ponens diceret: Musica non
 „ modo corpus, sed etiam animum quodam-
 „ modo disponit. Verumtamen admirari li-
 „ cet, quomodo per ea, quae profert, osten-
 „ dere posse autem illud, quod ait, nempe
 „ Musicam impellere etiam corpora. Si enim,
 „ ut inquit, persona canentium habitu ex-

P p „ ornata

(1) Vide Schol. ad Col. VIII v. 13.

„ornata comitavit, & incitavit hominem ad canendum ; non sicut profecto melos, quod corpus impulit, & quodammodo dispositum, nisi velit dicere melos corporis esse habitum. Si autem verum est, quod narrat, pictorem adsequutum esse similitudinem, interea dum canceret citharae roodus (1), atque concedamus, quod ipse vult, cantus ope id obtinuisse : attamen huiusmodi exemplum ad animi commotionem ostendendam multo magis erat indeum, quam illud ab eo ante adlatum de navium subducitoribus per Musicam excitatis, qui procul dubio corpore re laborabant. Etenim corporeum illud est, quod suum robur ostendit, cum manibus captatur, five quod tactu subest. Atqui talium minima incurrit similitudo, quam pictor adsequitur coloribus ; corpore igitur dici nequit (2). Itaque ei, si saperet, permutandum erat, atque pictoris exemplo utendum, quo animum per Musicam commoveri, five impelli doceret, ret subducitorum vero, ut etiam corpora adsciri probaret. Attamen cum certus quidam lepidissime eam questionem examinaret, quomodo cantus conferre posset ad similitudinem capiendam, scripsit absurdorum maximum. Quidni enim ? Statuit melos artifices reddere peritiores homo sane felix cerebri. Hic autem No-

ster miraculis hisce alia opinionum monstra superaddit. Commovens ait esse melos magis, quam verborum sententiam. Ut id autem probare ridiculum produxit argumentum ; atque hoc tantummodo adfert, quod Crexi (3) poema, quamquam per se minime inconcinnum, multo auctius videatur addito cantu ; & quod hymni, qui Ephesi, & qui Spartae a choris canuntur, tantumdem in auditorum animis non efficiant, si sublato cantu audiatur : satis superque exsistimat se probare, quod adsumferat, h.e. Musicam magis commoventem esse, quam verborum sententiam : nihil secum ipse reputans, quod non admodum difficile erat, quam variae sint hac de re Scriptorum opiniones. Sunt enim, qui dicunt melos, quantumvis penetrantium, nihil ad sententiae dignitatem, & eius emphasm adaugendam conferre ; sed illi solam aurium oblationem superaddere : alii vero opinantur eam, quam ait, differentiam non ipsius cantus causa, sed propter praesumptum Deorum, hominumque honorem, qui Musicam cum exhiberi vulgo putatur, adparere : alii denique hoc fortasse, ut ipse ait, ita esse concedunt, & postquam sententiam ope cantus acutiorum, & penetrantiorem evadere adfirmant.

I N C A P U T VI.

Generali arguento, quod in honore apud Veteres fuerit Musica, obviam itur,

EX adlatis porro variis veterum Scriptorum sententiis ea super quaestione, cur carmina quaedam, sublata Musica, minus animos percellant, viam sibi aperit ad aliud Diogenis argumentum oppugnandum, generale scilicet illud, quod vulgo apud Veteres summo in honore habita fuerit Musica, quippe de eius utilitate constaret. Ipse enim primo flocci faciendum huiusmodi argumentum putat, tum quia absurdum docet Stoicorum doctrinam de productis, h.e. de iis, quae communis exsufftatione gauderent, tum etiam quia alii eorum dogmati de multititudinis infirmitate ipsa doctrina repugnaret. Docet dei de Musicam in præcio ab antiquis idcirco habitat, quia scilicet oblationi inferiret, inno universam bonarum artium institutionem Musicam primitus fuisse adpellat, eo quod primaevi illi homines feri & inculti non alio pacto, quam voluntatis sensu caperentur : ex eo autem minime consequens esse, ait, eam fore omnibus addiscendam. Postremo Adversarii verba referens, qui eam ex veterum auctoritate & ad animos virtute informandos, & ad amorem excitandos, & ad convivia recte instituenda idoneam praedicabat, deinceps confutare pergit.

Columna X. „Cum igitur tam variae fuerint hoc uno in capite scriptorum opiniones, profecto generale illud eius utilitatis argumentum inde desumtur, quod a veteribus honorata fuerit Musica, apud rudes tantum, & inliteratos aliquid momenti habere potest, eruditio autem viro, & multo magis Philosopho, qui illo moveatur, magnum dedecus adserit. Numquid enim secundum Stoicos in præcio Musicam ha-

„bebimus, quippe innumera sint alia, quae nihil boni per se ferant, quorum quaedam sunt reiecta (4), alia vero, & quae dem omnino mala vulgo sunt producta, h.e. communis exsufftatione gaudentia ; et si a sapientibus nullo honore habeantur ? Nunquid ergo honore illa prosequemur, quae apud cordatiores viros nulla laude digna censentur ? An contra opinabimur, dum novimus Musicam sere omnem ad con-

„viviam

(1) V. Schol. ad Col. IX v. 8, & 16.

(2) Huiusmodi additamenta ratio ex iis, quae ad Col. IX v. 22. diximus, constat.

(3) V. Schol. ad Col. X v. 2.

(4) Confuse Schol. ad Col. XI v. 32.

„ vivia devenisse? Praeterea huic Nostro
„ minime licet ad multitudinis iudicia con-
„ fugere; utpote qui cum reliquis Stoicis
„ multitudinem semper , & omnino insa-
„ nire doceat (1). Ceteri vero , qui ad
„ multitudinis iudicia provocant , ne hoc
„ argumento quidem uti posunt , imo Mu-
„ sica ipsi effet hodie improbanda , propter
„ ea quod recentiorum multitudine eam ar-
„ tem negligit. Verum enim vero , si Sto-
„ corum doctrinae de productis , & rebus
„ aliiquid dandum esset , Poësia potius di-
„ cenda est producta , Musica autem mul-
„ turum rerum complexione conspicua .
„ Etenim propter oblectamentum , animi-
„ que distinctionem antiquitus recepta sunt,
„ minime vero propter fabellas , quas isti
„ venditant: neque alia eius initia suere , &
„ sortitas eriam præ alis tum studiis mul-
„ to utilior sunt. Adepteinus enim a Musis
„ nomen obtinuisse Musicam , quibus &
„ universam institutionem , arteque om-
„ nes (2) singillatim acceptas referunt , pro-
„ pterea quod in Mundi initio ubique se-
„ ritas dominaret ; minime vero hinc
„ conseqüens adparet , ab omnibus necessa-
„ rior ipsam Musicam esse addiscendam.
„ Neque enim Themistocles eam novit ,
„ etiam si peritissimus , atque summus au-
„ diret imperator. Ipse autem nobis obiectat
„ re non desinit veterum autoritatem , qui
„ Musicas ope informari hominum animos ad
„ virtutem , nec non amorem , aliisque adse-
„ cūs (3) in ipsis excitari posse refutari sunt ,
„ atque præcepserunt , ut ad barbitum luderent ,
„ qui animum simul cum voce in vino fe-

„ misepultum haberent , ipsamque Mu-
„ sicam dixerunt quasi dulce bellarium esse
„ in conviviis; id autem eo sensu adcepis-
„ se illos docet , quasi quidam cantus vim
„ haberent excitandi , intendendique men-
„ tem ad conloquia , & concinnas conver-
„ sationes . At vero de eo quod veteres
„ Musican ad puerorum institutionem ad-
„ hibuerint , ut ad virtutem eos informa-
„ rent , iam habitus est a nobis sermo (ex-
„ cepta fortassis religionis virtute , de qua
„ iudecunt eum disputantem audivimus , &
„ iam iam responsiones comparamus) ; siqui-
„ dem virtus , ait secundum Musicae speciem
„ animos informat , & proinde etiam ad
„ virorum disciplinam conductit. Quamob-
„ rem etiam aedificandi studium aliquan-
„ do ope Musices excitatum esse Zethi (4)
„ fabula testatur . Veteres enim , ipse se-
„ quitur , Musicam institutionem unice lau-
„ dant , & qui ea exculti non fuerint , virtu-
„ perant , & a magistris arcent . Qua-
„ rum sane rerum prima quidem vera est (5);
„ altera vero , cum de pueris & adolescenti-
„ bus sermo sit , neque ab ipsis dici , ne-
„ que ita esse potuit . Pueri enim ad vir-
„ tutem præformantur , quae mox in vi-
„ ris elucescat . Quid enim aliud dicemus
„ adverius huiusmodi Philosophum , qui
„ fibimet indiguum non reputat summo-
„ rum scurrarum verba pro demonstratio-
„ nibus adcepit ; contrarias vero aliorum columnarum
„ opiniones nihil facit , in quo omnes ait tam
„ quam absurdos vulgo esse damnatos , & im-
„ probos sūstis eius aevi philosophos , & a-
„ lios , quotquot Musicam vituperarunt .

I N C A P U T VII.

An ad rem amatoriam Musica quid olim contulerit?

DErsequens porro Diogenes antecedentis capitis argumentum ex veterum usu , & au-
„ storitate deflumtum , Musicam non modo fortitudini , & temperantiae comparanda ,
„ sed rei etiam amatoria proficiam antiquitus fuisse habitatum praedicaverat . Tripli autem
„ modo adsumferat hoc alterum eam praestituisse . Primo scilicet excitanda ea , quae
„ apud Stoicos audiebat virtus *virtutis* , h.e. rectum amoris usum infusando ; tum amoris
„ ipsis , sive rei venerae adpetitum inflammando ; tum denique solandis illis , qui ad-
„ versi in amore usi essent fortuna . Philodemus contra omnis , quae de fortitudine , &
„ temperantia dixerat , quibus se iam occurrisse adfirmat , inridet virtutem illam *EDOPTIXV* ,
„ amorem semper malum esse adseverans ; hinc invehitur in Stoicum , qui puerorum a-
„ morem non improbare videbatur ; mox Musicam omnino imparem tum amori excitando ,
„ tum infortiis solandis esse pronunciat , quippe haec sunt *τοῦ λογοῦ* munera .
Denique obiectiōnē solvit , cur veteres Erato adpellaverint amoris Musam . Itaque sic
„ pergit :

„ Practereunte itaque , quae heic ab eo
„ „ dicta sunt de temperantia , & fortitudine
„ per Musicam comparanda , siquidem de
„ iis alibi disputatum est , ad rem amato-
„ riā gradum faciamus . Illud vero ante
„ omnia opus est animadvertere , quod ,

„ cum amoris adpetitus malum sit , &
„ quidem grande (6) , is scilicet adpetitus ,
„ qualem profecto intelligunt universi Grae-
„ ci ; maxime ridiculum est reputare Ama-
„ toriam dari posse virtutem , atque infu-
„ per opinari cantus ad rectum amoris u-
„ sum

(1) V. *Schol. ad Col. XI v. 6.*

(2) *Ibidem ad v. 27.*

(3) Haec respondent iis , quae habentur cap. seq.

(4) V. *ad Col. XII v. 24.*

(5) Eo scilicet sensu , quo modo explicuit ,
„ Musicam dictam esse antiquitus universam bo-
„ narum artium institutionem .

(6) V. *ad Col. XIII v. 10, 11.*

sum conducere; quippe cantus in sola
vocis qualitate consistant, hoc autem
rationis opus sit, quae una docere potest
vanitatem & nocumentum eius, qui &
inexplebilis est, & iracundus, & rixarum
foecundus (id inquam animadvertere in-
vat, donec aliis responsonibus huiusmodi
Philosophis occurramus); atque adeo, quan-
tam licentiae & intemperantiae praebeuerit
Amor occasionem non agnoscere: nisi ve-
ro (1) ipsi Musica videtur suape natura
bonis moribus contraria. Adhaec porro,
utpote quod iure ex eius doctrina depen-
det, ipse putat indecens non esse ingenuis
viris amorem puerorum sibi per Musicam
conciliare: praeterea vult Timorhei (2)
sententias poëmatum gratia excelluisse,
poëmatum vero *Musicorum modorum causa*,
quibus non fecus, ac *Anacreonis*, *Ibyceique*
canibus adolescentuli fuerint corrupti. Ve-
rum in primis meretricias huiusmodi tur-
pitudines exercere ingenuis pueris mini-
me convenient secundum naturam, ne-
que adeo per vanas hominum constitui-
tiones. Neque porro ipse exempla pro-
tolit talium cantuum, qui ad amorem
inflammandum essent idonei, sed una
cum pravis carminum sententiis perse-
ram ad suam rem detorfit etiam can-
tum: neque adolescentes cantu corruptos
fuisse ab Ibyco, & Anacreonte, aliique
eiudem furoris demonstravit, sed la-
bris potius eorum sententias. Enim
vero, quae Persaeus vocabula *in suis
pietatis operis libris* (3) conlegit, his iuvenes
corrupti. Siquidem cantus sententiarum
sequax, in vocis qualitate consistens,
corruptor neutiquam esse potest. Qua-
proper non huiusmodi canibus, sed vo-
cabulis, atque sententiis pellici etiam a-
marios, si lubet, non diffitebimus. A
ristophanes autem in suis comediis in-
nuit veteres in substrata herba (4), ut in
antiquis moribus erat possum, voce at-
que oculis fuisse abusos, ut semet in pue-
rorum animos infinarent, non quidem
cantilenis. Quod si sub *vocis* nomine
cantilenas intellexit, vapulare ipsi iam
praediximus. At procul dubio huiusmo-
di facta, que hic noster tamquam indu-
bitata refert, nemo sanus in consuetudi-

Columna
XV.

nem iterum revocaret, quantum in ipsis
est, neque in huiusmodi coitiones pelli-
cere viros, & mulieres, neque maturos
adolescentes ad turpia mullebriter patien-
da. Etenim nec iste, nec Comici quid
tale ab Agathone, & Democrito (5) effe-
ctum demonstrarunt, sed tantummodo id
adserunt: nec Nicander (6) & . . . in me-
dium quid produxit, sed decepit, si ta-
men id dici potest. Atqui neque infor-
tunia in amore consolari valet Musica,
sermonis enim, & rationis solius hoc mu-
nus est; nisi forte ipsa efficit, ut animus
alio abstractus ea non respiciat tantisper,
non fecus ac, cum venere, & ebrietate est
abalienatus. Quod si poëmata ad id valere
malit, utique concesserim; atque dederim
Philoxenum (si quidem hoc suis aenigma-
tis voluit) non plane falli, sicuti nec Me-
nandrum, qui multis scelestis illam incen-
tivum esse ait, eo quod aliquas præbeat
opportunitates. At enim, ait, quaero,
Erato quamnam de cauſa adpellata est in-
ter Musas illa, quae propri dictam
Musicam ad amatormam virtutem conferit?
Patet, inquam, Musicas nomine intelle-
xisse veteres vel Poësim, vel potius Sa-
pientiam. Omnia enim Musis antiquitus
tributa fuere: & proinde etiam hoc for-
tasse, non quia adfectus in animos ini-
mittant, sed potius quia adversus eos di-
micent, & remedium præbeant. Taceo
autem nunc (nunquid enim vos id latere
potest) omnem animi impetum, & cupi-
ditatem amorem fuisse olim nuncupatum.
Stultissimum vero illud fore, si apud ve-
teres lege (7) receptus effet, tamquam op-
portunitus ad suscipiendam puerorum in-
stitutionem is, qui privo amoris nomi-
ne a posterioribus est adpellatus, eum-
demque mox virginibus omnino esse in-
decentem adseriſſent. Videntur ergo
non uno eodemque sensu semper amo-
rem intellexisse. Si modo convenit et-
iam a nominibus pendere, atque ab iis,
quaes amator aliquis fortasse imposuit,
quemadmodum & alia: atque ita persuas-
deri privatas nominum impositiones vel
tales divinitus esse, vel ab omnibus &
ubique easdem receptas (8).

I N C A P U T VIII.

Quid in Conviviis præstiterit Musica?

AD amorem conciliandum, atque inflammandum convivia plurimum valere vulgaris
erat opinio. Hinc Stoicus *Amatoriae* virtuti *Convivalem* lugaverat, quasi illius ad-
finem, atque adiutricem. Musicam propterea in conviviis opportune etiam adhibitam
olim

(1) Hoc in loco, scilicet Col. XIII v. 30, ubi refinximus *eret*, repone *et un.*

(2) V. quae conieciimus in Schol. ad Col. XIII v. 8.

(3) V. ad Col. XIV v. 14.

(4) Quo haec spectent, satis explicuimus ad

Col. XIV v. 25.

(5) V. ibidem v. 39.

(6) Deest heic aliud proprium nomen, quod
divinare non licuit

(7) V. ad Col. XV v. 31.

(8) V. ibidem v. 37.

olim praedicabat, quia Convivali huic proforet virtuti. Adhaec Homeris auctoritate fre-
tus docuerat per Musicam convivia meliora fieri, & perniciosos vini effectus cohiberi,
atque emendari. Philodermus contra Convivalem, item ac Amatoria virtutem negat, &
inridet: Homeris, & antiquorum, qui Musicam in convivia induxerunt, sententiam ex-
pli- cat; & quo sensu carmina Convivis prodeesse possint, docet:

Columna. „At vero, quoniam ad Amatoria vir-
XII. „tutem nimirum conferre Musicam posse ad-
„paret; manifestum quoque sit, ne ad il-
„lam quidem, quam eius ad finem hic
„Nostrae adpellat, hoc est Convivalem
„virtutem (1), minime conducere, neque
„generatim ad convivia. Ego sane neque
„usquam esse hauc, quam dicunt, Conviv-
„alem virtutem, neque adeo ipsam pru-
„denti admodum confilio ab istis confi-
„Etiam esse autem, utpote quae in pru-
„dentes viros cadere nullo modo potest: ne-
„que adeo convivis amores belle copulari,
„quippe qui turbas facile cident, & ani-
„mis oblectandis impares sunt, & in dif-
„fusiones ut plurimum convivas coniici-
„ciunt. Atqui, autem, vel ea, quae apud
„Homerum leguntur, Musicam convivio-
„rum familiarem satis superque ostendunt.
„Propterea, inquam, libenter concedo o-
„portere in conviviis animum relaxari, &
„ludere; non utique tamen concedam nullam
„esse ingenuis viris decentiorem re-
„laxationem & lusum, quam ut alius ca-
„nat, alius citharam pulset, saltet alius;
„atque hinc fieri, ut coenarum pleraque
„meliores evadant. Concesserimus utique
„meliores fieri per Musicam, non tamen
„per se, sed per ea, quae musicis modis
„decantata exaudiuntur. Atque hinc mini-
„me dederim vinum ex necessitate quadam
„Musicam adpellare (2); neque cordatos

„viros ea omnia facere, quae iste ait, sed
„potius eam antiquitus in euanas oblectacionis
„ergo fuisse inducendas; ut scilicet non modo
„gula, sed etiam oculi, atque aures saltat-
„tione & Musica voluptatem caperent; mi-
„nime vero ut sic differente concinare, non
„rufescere convervari. Illud autem cum
„discendi utilitate inventum est, ut fabu-
„leum in mensa, quin etiam idiotae ex
„communi confuerundine in conviviis a-
„croamata adsumant, & propere non
„inde absint neque Homerius, neque He-
„siodus, neque alii vel metrici, vel me-
„lici Poetae. Porro enim profecto sunt
„convivia, que hisce utuntur acroama-
„tis. Horum sane Musica quodammodo
„melior est, utpote quae non a Musicis,
„sed a Poetis efficitur, & quidem ab iis,
„qui modum atque mensuram in reliquo
„etiam vita actus induxerunt. Itaque eti-
„admittamus aliquando (non autem sere
„semper, ut iste ait) variam oblectatio-
„nem per Musicos adportari, huiusmodi
„varium, & plus minutiue ex aliarum re-
„rum complexione oriri putamus, non
„ab ipsam Musica; quidquid iste scripti-
„tet: animi vero distractioinem privatim
„cantilenis acceptam deberi; eodem ferme
„pasto ac per Chamaeleontem colorum ad-
„fractiones fieri novimus; ita ut omnes
„sere a sententiis, & poesi eius colores
„proveniant.

I N C A P U T IX.

An ad amicitias conciliandas quid conferre queat?

Cum in re amatoria, aequae ac in conviviis summopere proficiam Musicam adseve-
rasset Stoicus, consequenter etiam ad amicitias conglutinandas plurimum valere
conclu-debat; quippe cum amicitia brevi gradu ab amore distaret, eidemque forte co-
gnata; adhaec vero unicus conviviorum finis esset similiaritates, & benevolentias con-
ciliare (3). Cuiusmodi argumentum sic reicit Philodermus.

Columna. „Rursus autem dicamus. Quoniam ad
„amorem nihil Musicam conducere posse
„deprehendimus, ne ad amicitiam quidem
„eam adtinere patet, et si cum Stoicis (4)
„amicitiam prop. amorem statuendam con-
„cesserimus. Atqui nos aequae ac alii, qui
„in diversam abeunt sententiam, neque a-
„mori ullo pacto cognatam esse amicitiam
„naturaliter arbitramur, neque eum sequi,
„vel iuvare posse concedimus. Praeterea vero
„etiam ipam Musicam conviviorum ve-
„luti vinculum esse concedamus, profecto
„cum illud alterum non admittamus, so-

Columna. „Papyr. Vol. I.

Q9

,, animos

(1) V. adnotata ad Col. XVI v. 5.

(2) V. ibidem v. 19 & 33.

(3) Vide Plutarchum in initio lib. II^o Con-
vivialium, ubi inter alia in hoc argumentum

ait: *εἰς συντονίσιον οἱ γένει εχόντες κοινωνίας
προτομεύονται οἵτε: qui sapient in convivium amicorum
parandorum causas venient.*

(4) V. Schol. ad Col. XVII v. 41.

„ animos relaxent , sententiae vero , quae
„ tenuis ipsis complexae sunt , exhilarant ;
„ sed potius idcirco animos exhilarari pu-
„ to , quia cani solent ea , quae novimus
„ adficere homines , qui remissio fuerint a-
„ nimo , & ad hilaritatem disposito . Sed
„ tamen fac Musica & animos remittat ,
„ & hilares reddat , quemadmodum & po-

„ tus , & ciborum , & coitus fructus :
„ quid tum porro ? ne ob id quidem ami-
„ citiae , & concordiae causam esse posse
„ reputamus . Nec enim hoc pacto amici-
„ tias conciliari ducimus ; quin etiam pro-
„ pter hilaritatem saepe evenire solet , ut
„ amicitiae nostrae dissolvantur .

I N C A P U T X.

Quid de Thaleis , & Terpandi historiolis sentiendum ?

Quoniam sibi Noster ad satim demonstrasse videbatur nihil Musicae inesse , quod ad animos coniugandos , & in vicem conciliandos valeret , ac proinde ipsam inutilem in conviviis esse , si quidem eius ope amicitia comparari vellet , occursero obiectio fluet , quae in promptu erat alterius sententiae fautoribus , & quam Diogenes nae praeterire non debuit : eam nempe , quae ex antiquorum exemplis desumeretur , qui populares etiam seditiones Musices ope compescuisse dicebantur : adeo aiebant ~~huiusmodi~~ illam esse . Ea inter exempla praecipua sane erant , ut pote antiquiora , duo Thaleis , & Terpandi , quorum utrumque Lacedaemones testabantur oraculo additos apud se civiles tumultus per Musicam fedasse : atque id Terpandrum , canendo in ipsis publicis conviviis , quae Phiditiae vocabantur Lacones , perfecisse Diogenes aiebat . Horum igitur exemplorum vim declinare pergit . Principio Lacedaemones carpit , qui huiusmodi incomprehensibilia ven- ditarent ; tum varias esse Scriptorum sententias ; neque Thaleis factum ex adlata inscriptions (si tamen vera esset) abunde constare ; de Terpandro autem plures confe- tientes esse fatetur , excepto quod in Phiditiis caneret : at huiusmodi negotia una Scriptorum auctoritate definienda non esse contendit , sed potius argumentorum robore . Phi-losophum enim putar minime decere hisce narrationibus fidem dare , nisi prius rationes invenierit , qui fieri potuerint , quae narraruntur : secus absurdas , & fabulosas omnes narra- tiones liceret admittere , qualis erat illa Sybaritarum , qui se olim oraculo admonitos aiebant , ut coquos , pistores , & unguentarios ad delicate vivendum arcesserent . Denique concludit , etiam pro certis huiusmodi fibulae habeantur , effectum non Musicae tri- bueundum , quae modo potuit eos tantisper abalienatos a concepto furore distrahere , sed rationibus , quas illi mox canendo instillarunt . Ad summam sermoni , non cantui adcep- trum id resert , ut Lacones a seditione cessarent ; quare eos fortasse , ait , citius coh- buissent , si pedestri sermone effensi dehorriti . En eius verba :

Columna XVIII. „ Lacedaemonios autem portentosa , &
„ incomprehensibilia narrantes non recipi-
„ mus testes , cum aiunt se Pythio moni-
„ tos oracula , ut Thaletem adirent , &
„ eo adveniente protinus ab animoribus dis-
„ sentione populum cessasse . Testantur illi
„ quidem , sed tantum qui veteribus fabu-
„ latibus , & Musicis sunt addicti (1) , alii
„ vero etiam contradicunt : neque inducimus
„ ut fidem Thalei ipsi semet de hoc facinore
„ iactantи in oblatо anathемate adhibeа-
„ mus (si modo verum est ab eo anathe-
„ ma cum inscriptione , quam isti profe-
„ runt , fuisse oblatum) ; neque pro certo
„ habemus Terpandrum oracula monitu ad
„ civilem dissensionem cohibendam fuisse
„ advocationem , etiam in huiusmodi narra-
„ tione quamplurimi eorum , qui Musico
„ furore concepti sunt , convenient ; hic
„ autem prope unus eum in Phiditiis ceci-
„ nisse adfirmet . Enimvero operae prae-
„ tiuum erat , ut Philosophi prius explicar-
„ ent , quoniam pacto rationale dissidium
„ per irrationales cantus cohiberi posset ,
„ atque tum demum credere , Thaleis , &

Columna XIX. „ Terpandi cantu quievisse Lacones ; se-
„ cus recipere debebimus etiam Sybaritarum
„ testimonium (2) , atque credere Apollini-
„ us iustu quandam additos fuisse ab ipsis
„ coquos , & unguentarios : & quidem i-
„ storum potius ope ut plurimum amica
„ convivia agitantur , quam cantu . Verum
„ esti tumultum quievisse admittamus , &
„ Lacedaemonios statim ab illorum adven-
„ tu concordis evasisse , in primitu est mul-
„ to vero simili rei explicatio , h. e. Tha-
„ letem , cum prius musicorum modorum
„ oblectamentis eorum animos distrahere
„ occopiseret , cumque ut in his maxime
„ esset , suisset adhortatus , tum denique
„ rationum ope , quas canendo instillaret ,
„ ipsis persuasisse , ut ad faniorem mentem
„ redirent ; atque inter canendum tamquam
„ divino Numine concrepum Laconibus im-
„ perasse , ut ob partam publicam quietem
„ donarium suspenderent : quod illos in
„ gratiarum actionem addita epigraphe per-
„ fecisse fit verisimile . Eodemque fortasse pacto *Columna XX.*
„ eisque Terpandrum putamus ; eos enim ipse
„ cithara & carmine in agonibus oblectaba-
„ tur :

(1) In hac Col. XIX v. 40 , re melius per-
pensa , pro *ei* , quod prostat , legendum remur

oi , atque hoc pacto interpretandum ,

(2) V. Schol. ad Col. XIX v. 20 ,

„ tur : Lacedaemonios vero , quibus obe-
„ diendi nullum propositum erat , tum va-
„ tincio , tum etiam fortasse rationibus
„ impulsos , a seditione decepsisse . Atqui
„ etiam primum illud de Thalate a Stephi-
„ chorō minus adcurare narratur ; ex Pin-
„ dari autem testimonio , an re vera diffi-
„ dentes compoferit Terpander , non pla-
„ ne eruimus (1) . Attamen , si utraque
„ narratione vera est , effectum procil dubio
„ non alteri causas adscribemus , quam
„ rationum momentis poētice adornatis ;
„ quandoquidem cantus tantumdem pre-
„ itare nullo pacto poterat : & fortasse

155

„ etiam facilius id essent adsequuti , si il-
„ los profla oratione essent dehortati . Eos
„ enim nequam dererbat latae legis
„ transgredienda timor , quemadmodum
„ Solonem (2) , qui cum de recipienda Sa-
„ lamine Atheniensis veller adhortari , ne-
„ cessé habuit se vesanum simulare , & per
„ elegos , quos cecinuit , ipsis confitum pra-
„ bere . Eadem proflus dicamus oportet de
„ portentosis effectibus , qui in sequentium
„ Musicorum carminibus vulgo adscribun-
„ tur , nec aliam improbabiliorem , ut iste ,
„ explicationem amplectamur .

I N C A P U T X I .

An Musica eo nomine fit commendanda , quo^l religioni vulgo inferviat ?

Cum illud argumentum de Musicae apud veteres usu , & commendatione Stoicus pro-
sequeretur , omittere sane non debuit vulgarem , & antiquissimum Musicae usum in
sacris ; inde enim communis hominum consensus hac de re luculentissime adparebat .
Itaque , ut opinor , quasi adpendicis loco subdiderat Musican apud omnes fere gentes
velut rem sacram fuisse habitan , & religioni valde familiarem , quin immo Diis valde
gratam , utpote quibus universis Musica , & singulis singulæ eius species , ex Pindari ,
& Comici testimonio forent adceptrae . De sacra quidem Musica iam ante verba fecerat ,
(ut Cap. II. videris est) , cum eam Divinitati honorandæ per se satis idoneam praedi-
casseret , heic autem ex eiusdem vulgari in sacris usu commendare instituit : rursum etiam
de ea loquuturus Cap. XVIII. , cum de illius inventione vulgo Deis adscripta verba fa-
ciet . Hic igitur est locorum unus , ubi de sacra Musica Philodenus differit , id pre-
stantis , quod superius Cap. II. pollicitus erat ; et si την την δια των μοντικων του θεου την
de honore , quo per Musican Divinitas adhicitur (quod illius II. capituli est argumentum)
prefallis pertractet infra in citato Cap. XVIII. Itaque more sue praedicaramus Musicae cum
religione familiaritatem inridet ; tum iterum Stoicum vellet , quod universtorum homi-
num consensum , quasi pro Achilleo habeat argumento is , qui secundum tritissimum suae
sectæ ταυτοτητας onnes homines putet infire ; tum denique veterum scriptorum auctoritates
de Poësi potius , quam de Musica eiusdem adpendere esse intelligenda contendit :

etiam.

xx. „ Iam vero de Comici interpretatione
„ dicendum est (3) . Itaque ad ea , quae de
„ religione scribit , gradum facientes , re-
„ ponere haec possumus . Si ea de causa ,
„ quia ab hominum multitudine per Mu-
„ sicam Divinitas honoretur , ipsam Mu-
„ sicam religioni familiarem , asque adsinem
„ reputabimus , procil dubio tales etiam
„ reputaudae a nobis erunt plures aliae ar-
„ tes , coquinaria nempe , & corollaria , &
„ unguentaria , & pistoria ; adhaec etiam
„ agricultura , architectonica , pictura , pla-
„ stica ; huiusmodi enim artes , aequæ ac
„ Plures aliae religioni aliquatenus sunt fa-
„ miliares . Praeterea huic Nostro Philofo-
„ pho huiusmodi argumentum minime suffra-
„ gatur ; siquidem per eam , si sibi conflat
„ velit , nullus unquam Deorum honoratur .

„ Propterea quod secundum Stoicorum dog-
„ mata , cum universa hominum multitudo
„ Diis sit infensa , & stulta , veros praecolumbus.
„ statissimæ naturæ honores ne somnia-
„ runt quidem . Tunc vero etiam , quia per
„ Poemata potius honor comparatur , quam
„ per cantum , qui tantillum vix poematis
„ addit . Atque eam fuisse Pindari men-
„ tem dicendum est , cum scriptit , se sa-
„ crificaturum composuisse dithyrambum ;
„ immo etiam Comici , cum singulis Neo-
„ rum singula carmina adsignavit . Quod
„ si alia eorum mens fuit , ipsis valedice-
„ re una cum aliis ineptientibus Musicis
„ iubemus . Non aliud utique , quam Dio-
„ genes hoc sibi etiam persuadere potuit ,
„ Deorum alias alii cantibus oblectari , &
„ singulis proprios convenire .

IN

(1) Vide ad Col. XX v. 8. & 9.

(2) V. ibidem v. 18.

(3) Huc verba ista pertinere , uti iam con-

iecum in Schol. ad Col. XX , v. 25 , pro certo
nunc habemus .

I N C A P U T XII,

An Musica intellectum acuat, & relationem ad alias scientias p[ro]ae se ferat?

ETiam hoc nomine commendandam Musicam Diogenes docuerat, quod ad intelligentiam acuendam plurimum conferret, & criticam speculandi vim suis cultoribus insinuaret, utpote quae frequentes disputandi, & latentium investigandarum rationum occasiones praebet: praeterea etiam necessarias quasdam haberet ad alias scientias relationes, ut ad Poeticam, ad Grammaticam, ad Histrionicam. Quae omnia sic elevat Philodemus.

Colonna xxii. „Atqui etiam alia eius opinionum monstra, utramque oportet. Ad intellectum enim exacundum adprime idoneam esse Musicam praedicat, propterea quod multa tae inde suppetant Harmonices perito & definiendi, & distinguendi, & arguendi occasions. Quemadmodum exempli gratia cum Musici aliquid hodie modularunt a litteris, ac fuerat olim concinnatum (1), secum ipse Harmonicus disputando adsequitur vel quasdam rationes, quae Musico rum vulgus intelligere nequit, atque rite excipit, vel multa tentamina eorum, qui hisce modulationibus uruntur, de quibus operae praeferunt erit cuicunque relationes studiose inquirere. Argutare enim, ait, & rationes investigatingo comminisci valde est utile ad intelligentiam adaugandam. Verum si de ea intelligentia loquitur, quae & inquam rerum studio gignitur, concedimus eum hariolando in veris huiusmodi rerum analogiis investigandis mentem fatigare, si modo tales invenierit, fin minus eas, quae ad verum adducant; & quidam etiam in profundo adhuc latere: at enim non de omnibus postulabit Nostrus, ut Harmonicus inquirat (2); sicut vero de ea loquitur intelligentia, quae a rerum prudenter ortum dicit, nunquam sane ostendit ad hanc magis Musicorum, quam aliorum artificum exquisitiones conducere. Cum autem ait Musicae amatores quamdam speculandi vim adquirere Criticæ arti admodum adfinem, non modo ignorantiam prodit suam, ut pote qui reputant cantibus & rhythmis inesse decorum, & indecorum, honestum, & turpe, semet Criticæ harum rerum speculationis omnino ieiunum prodit; verum etiam quia, si quid tale faret, huiusmodi iudicium non quicquam Philosophis, uti par erat, demandavat. Et quidem per

Colonna xxiii. „Iovem hoc ipso, quod Criticam arte in, vel quid simile ad Musicam pertinere dicit, non Philosophis, sed Criticis prioriter dicit eam scientiam concepit. Cum autem scribit analogam esse Musicam Poeticam, quod ad imitationem, & quod ad aliis generis inventionem; quantum ad imitationem pertinet, nullam protulit demonstrationem, quantum vero ad inventionem, non huic potius, quam aliis artibus analogam esse probavit. In quantum porro Musica scripto consignet, & vicissim reddat melos, esto, si libet aliqua inter eam, & Grammaticam adfinitas. Quid enim interest prudentis solerterisque viri huiusmodi analogias inventigare? vel potius sibi meti ipsi inludere? Analogam vero eam esse cum Histrionum representationi, tum Histrionicae arti, utique ipsi concedamus. Dicamus porro, si haec omnia, nempe Critica, Poesis, Grammatica, Histronica, quibus analogam Musicam esse praedicat, manifestam habent cum solerteria, & intellectu adfinitatem, necesse nobis videtur etiam in illa studiose incumbere, nec non in Picturam, & Plasticam; etenim istae patriter & aliae multae artes cum Critica, Poesi, Grammatica, & Histronica, cumque pluribus aliis, quae intellectum requirunt, relationes habent. Archestratus autem eiusque scitatores (3), qui etiam philosophica distabant ad Musicam pertinere, quae scilicet naturam vocis, & soni, & distantias, & alia his similia spectarent, intollerabiles erant homines, non modo, quia in alienissimam speculationis provinciam descendebant, & pueriliter ad se, & inutiliter ad scientiam aliena advocabant; sed praeципue, quia solam Musicam harum rerum speculatricem praedicabant,

I N C A P U T XIII,

An Musica ad virtutes animum disponat?

Musicam non solum ad plures analogas scientias viam quasi sternere, eo quod mens etiam acueret, sed etiam ad virtutes capessendas animos manuducere praedicabant eius cum Diogene fautores. Id autem probabant cum Philosophorum auctoritate, tum Mu-

(1) V. ad Col. XXII v. 29.

(2) Hiec, quae habes ad Col. XXII v. 3. 4. cum interrogacione legeramus, sed sic fortasse

melius.

(3) V. ad Col. XXIII v. 14.

Musicae ipsius indole , tum iporum , qui didicerant , testimonio , tum denique Poëtarum exemplo , qui cum simul forent Musici , tam bene de virtutibus cernerant . Noster contra , quo in loco habenda sit Heraclidis , aliorumque auctoritas , innuit primum : tum Platonis , qui in eam sententiam ab adverbariis trahebatur , mentem explicat : deinde in Musica nihil esse adfirmat , quod ad alias virtutes manuducere queat , multo minus ad omnes : mox Musicae peritorum testimonium , utpote suspectum , excludit : denique Poëtas vel ea de virtutibus fuisse loquitos , vel si bene , id non ut Poëtas , multo minus ut Musicos peregrisse :

Columna. „ Quae vero Diogenes ait (quae quidem novimus per scripta esse apud Heraclidem „ de canto decoro & indecoro , de virilibus & effeminatis Musicae moribus , de actibus harmonicis , & inharmonicis relate ad subiectas personas) non longe a vera perfectaque philosophia distare Musican , eo quod ad omnia vitae negotia sic utilissima , & eius studium recte viam sternat , ea nos cum exponeremus in tertio Hypomnematum (1) libro , simul cum aliis aliorum sententiis , quam plena nascitatis forent , ostendimus . Et re quidem vera ridiculam necesse est quidam de iustitia habeant opinionem . Intelligi enim non potest , quomodo voces , quae non nisi irrationalem auditus sensum existant , aliquid conferre valeant ad animi dispositionem speculativam rerum utilium , vel iniutilium ad mutuum civium inter se gubernationem (2) , ut ex iis alias eligat , alias viter secundum ea theorematia , quea confidere soliti sumus . Huic tamen argumentationes demonstrationis vim habere videntur . Etenim si Plato diceret Musicam ad iustitiam conducere , probacionem fortasse ab ipso adcepisse ; atqui analogam tantum dixit Musicae esse iustitiam , non vero Musicum iustum esse , quemadmodum neque dixit iustum esse Musicum , vel alterutram rem alterutri adiungere esse , vel conducere ad propriam cuiusque scientiam . An non fortasse pari modo analogam iustitiam futori , & pictori , & unicuique scientiam proficiunt dixisset ? Numquid equi alias artificibus fraudare licet ? Protinus enim ipse subdit (3) ... ubi subaudiendum est de iniusto , & inficito viro id dici . Neque porro legibus adstricta est Musica suape natura , sed , aequa ac iustus spectaculorum adparatus (4) , certis legibus minime coerenda : neque si nos praetergeremur , quae circa ipsam aliqui prescri-

pererunt , non secus ac de scenae adparatus tu , molestiam , sed potius adiumentum adcipimus : neque iporum praecipit insisterent adiuvamus , sed potius laedimus . Quando igitur nihil in Musica inventur , quod conferre ad alias virtutes queat , profecto multo minus ad universas ea conferet , propterea quod sunt in vicem inseparabiles : rursus autem non si inter se invicem copulantur ipsae , idcirco , quae ad nonnullas consequunt virtutes , etiam universis utilia fore necesse erit . Ex philosophis porro neque omnes utiliem eam censuerunt sive ad quasdam , sive ad omnes virtutes , neque ita , quia prodeesse adfererunt , argumentis id monstrarunt . Qui autem Musicam didicerunt , isthaec ob eas rationes , quae unicuique succurrunt , venditarunt . Neque porro omnes , qui didicerunt Musicam , eo confilio dicere , quia ipsam aliquo pacto ad virtutes adquirendas fore proficiunt reputarent . Ex iis vero , qui primis annis non didicerant , si quis vel senex , vel certe exacta pueritia addiscere voluit , adseruerat est , vel pueruli adhuc mentem gerebat is , qui sapientissimus mortalium audiebat , & oppresso inquietoque animo otiosus sedebat , atque hoc pacto gloriam captabat , neque tam seru studiorum esse erubescerat (5) . Quod autem Poëta , *ibidem columnam.* que Musici suis carminibus ad virtutes causandas homines inflammaverint , id quidem nihil est , sicutdem ab iisdem dicta sunt de omnigena virtute & vulgaria & nugatoria , & secum pugnantia , & praefertur ab aliquibus . Verantamen neque in quantum sunt Portae , haec scire possunt , nequaquam in quantum sunt Musici : suis autem sententiis non rhythmis & cantilenis hominibus prodeesse possunt . Huiusmodi enim superflua sunt , & potius verbis adiuncta mentem distractant , ne sententias pressum iusstat .

(1) V. Schol. ad Col. XXIV v. 5.

(2) V. ibidem v. 16.

(3) Definit ipsa Platonis verba , quae divinata non licuit.

(4) V. ad Col. XXV v. 5.

(5) Haec de Socrate dici satis docuimus ad Col. XXV v. 32.

IN CAPUT XIV.

Quid Musicae & Musicorum nomine eius artis laudatores intellexerint.

Derelinquit heic parumper suum adversarium Stoicum Philodemus, & aliquibus suae aetatis hominibus respondet, quos obicitentes audiverat, se nimis agrestem esse, qui putare Musicorum nomine, de quibus tot tantaque praedicarentur, nihil aliud fuisse quam factores modularum, & instrumentorum pulsatores: quando summi viri, iudemque Poetae hoc nomine fuerant antiquitus decorati: & proinde ab ea aetate verberari, quoties a ferme Musicam seuinetam consideraret. Ipse igitur tribus argumentis ostendere satagit non alio, quam ipse, sensu Musicam Scriptores adcepisse; atque heic obiter Cleanthis opinioneum referit, atque inridet; tum denique clarius sese explicat;

Iam vero audiui nonnullos, qui dice-
rent admodum rusticos nos esse, qui pu-
temus philosophos, vel prudentes Mu-
sicos in ea esse sententia, ut credant can-
tus & rhythmos, sublata verborum signi-
catione, ad virtutem impellere posse,
quando homines nonnisi sermones melo-
dia, & rhythmis exornatos id praestare
posse putent, & Plato id disertis verbis
testetur; ideoque nos non adversus fa-
pientes, sed adversus indoctos quosdam
argumentorum nostrorum arma intendere
auunt: quin imo se valde mirari, quod nos
Musici nomine decoreremus eum, qui in-
strumenta unice pulsat, nec indignum
Musico reputemus significacione carentia
exhibere, quales sunt Musici moduli do-
cumentis expertes; vel quod Pindarum,
& Simonidem, & lyricos omnes in Mu-
sicorum ceuism referre nolimus. Ego au-
tem istos a controversia exorbitasse censeo,
qui & parva captare, & ad propositum
nihil adposito loqui existimo. Et qui-
*dem primo, quia *etsi ab initio lata adce-**
ptione pro universa institutione Musica adce-
pta fuerit, tamen quicunque eius praecepta tra-
diderunt, auunt esse Musicos modos, qui ani-
mos ad virtutem capessendam flectere possint;
Propterea enumerant tum genera harmo-
niarum, tum vero etiam instrumentorum,
quas sine variis affectibus excitamus ido-
nea, ut ex ipsorum argumentis, & com-
muniter ex ipsorum sermonibus inno-
scit, in quibus ut plurimum ne leviter
quidem adtingunt sententias; & si quando
verborum, vel carminum mentionem fa-
ciant, ex utraque causa effectus illos ex-
sisteret declarant. Itaque satius fuisse
dicere hanc peculiarem sibi insidere op-
nionem, non vero proprias subtilitates
illis adaptare, nosque agrestes pronuncia-
re. Secundo autem, quia veteres puta-
bant sufficere iis, qui cantibus & rhyth-
mis in posterum operam darent, si iis-
dem, qui olim inventi fuerunt modi, &
instrumentorum pulsationes ab iis, qui
pueros instituerunt, & ad virtutem incita-
runt, & maquiduxerunt, ipsi deinceps usque
uterentur (1). Tertio denique, quia num-
quam negarunt omnia huiusmodi pheno-
mena, atque alia similia soniorum ope effi-
ci. Num vero isti ipsi senserint, omnes Mu-

Iam vero audiui nonnullos, qui dice-
rent admodum rusticos nos esse, qui pu-
temus philosophos, vel prudentes Mu-
sicos in ea esse sententia, ut credant can-
tus & rhythmos, sublata verborum signi-
catione, ad virtutem impellere posse,
quando homines nonnisi sermones melo-
dia, & rhythmis exornatos id praestare
posse putent, & Plato id disertis verbis
testetur; ideoque nos non adversus fa-
pientes, sed adversus indoctos quosdam
argumentorum nostrorum arma intendere
auunt: quin imo se valde mirari, quod nos
Musici nomine decoreremus eum, qui in-
strumenta unice pulsat, nec indignum
Musico reputemus significacione carentia
exhibere, quales sunt Musici moduli do-
cumentis expertes; vel quod Pindarum,
& Simonidem, & lyricos omnes in Mu-
sicorum ceuism referre nolimus. Ego au-
tem istos a controversia exorbitasse censeo,
qui & parva captare, & ad propositum
nihil adposito loqui existimo. Et qui-
*dem primo, quia *etsi ab initio lata adce-**
ptione pro universa institutione Musica adce-
pta fuerit, tamen quicunque eius praecepta tra-
diderunt, auunt esse Musicos modos, qui ani-
mos ad virtutem capessendam flectere possint;
Propterea enumerant tum genera harmo-
niarum, tum vero etiam instrumentorum,
quas sine variis affectibus excitamus ido-
nea, ut ex ipsorum argumentis, & com-
muniter ex ipsorum sermonibus inno-
scit, in quibus ut plurimum ne leviter
quidem adtingunt sententias; & si quando
verborum, vel carminum mentionem fa-
ciant, ex utraque causa effectus illos ex-
sisteret declarant. Itaque satius fuisse
dicere hanc peculiarem sibi insidere op-
nionem, non vero proprias subtilitates
illis adaptare, nosque agrestes pronuncia-
re. Secundo autem, quia veteres puta-
bant sufficere iis, qui cantibus & rhyth-
mis in posterum operam darent, si iis-
dem, qui olim inventi fuerunt modi, &
instrumentorum pulsationes ab iis, qui
pueros instituerunt, & ad virtutem incita-
runt, & maquiduxerunt, ipsi deinceps usque
uterentur (1). Tertio denique, quia num-
quam negarunt omnia huiusmodi pheno-
mena, atque alia similia soniorum ope effi-
ci. Num vero isti ipsi senserint, omnes Mu-

(1) V. ad Col. XXVI v. 16.

(2) V. ad Col. XXVIII v. 1.

, vulgari sermoni adcedat), nedium si quis citharam pulfaret. Namque nunc omittit, quod his omnibus coeſſis, nulla maior utilitas Musicis, quam eius artis ignaris provenit, propter quam utilitatem ipsi ſuadent huic disciplinae operam dandam eſſe. Igitur adſirmo instrumentorum pulsatores eſſe non tibiſi mode, fed etiam omnes qui cum que ad tibiae conſonantiam canunt, & ipsum Aristoxenum (1), ſiquidem Muſicum eum per excellentiam adpellant: atque adeo adſirmo Muſicos omnes tum ſenuſi vacuos ſonos reddere, quemadmodum ſunt, quos ex instrumentis eliciunt, tum ſtridulas cicadarum iuſtar repetitio-nes, tum, quoties sermones redidunt,

, ſermonibus iphis ſuperflua. Porro ceneo non ſolum vitae magiſtri fuſſe Pindarum, & Simonidei, ſed etiam Muſicos fuſſe, & Poētas, atque in quantum Muſici fuere, hominum animos exhilaraſſe, in quantum vero Poetae, effeciſſe, ut fermones proſcieren utique confeſſerim; neque propterea id effeciſſe (quia ſelicitas corda exhilararent), vel admodum certe parum; neque Muſicos ſolos, vel prae ceteris, ſed omnes aequa ſcientia excultos homines tantumdem efficeri potuerint, quocumque tandem modo vocare rentur. Quam maxima enim utilitas a conloquiis provenit, nec unquam nudos cantus & rhythmos prodeſſe adſirmave-ri (2)

I N C A P U T X V.

An Muſica caeleſtibus meteoris reſpondeat?

Cum obiter iis ſatisficerit, qui ſe in Muſici nomine, & definitione errare dictata-cepit, ad quaefitionem redit, quam proximo ſuperiori capite pertraſtabat, an ſcili-erant, argumentorum vim declinare putabat, ad extreum illud eluctandum adgreditur, quod e Muſicis proportionibus cum caeleſtium corporum harmonia capiebant, quam caeleſtem Muſicam dicebant (3). Putabant enim aninomor concinnitatem e Muſica ortum ducre, quemadmodum & caeleſtibus proportionibus, quae Muſicis responderent, Mundi concinnitas oriretur: que ſciliſſet fuit Pythagorae doctrina a Stoicis etiam recepta. Ipſe vero contendit huiuſmodi decantatam Muſicas cum caeleſtium corporum motibus, & diſtantis analogiam, eti concedatur, nequaque ad virtutes comparandas, moresque conrigendos conduceſſe poſſe. Deinde (quantum arguere poſſimus ex detritae Columnae XXX reliquii) ait, caeleſtem illam Muſicam Pythagoreorum ſonum fuſſe, utpote qui fate-rentur eam a Diis tantum exaudiri poſſe propter eius excellentiam, a mortalibus non item: praeterea stellarum praefigurations a quibusdam quidem admitti, non tamē ſic a ſapienſioribus, ut per alia etiam humanas mentes cieri, & inclinari putarent. Quod etiamſi detur, non inde conſequi ait, Muſicam fecundum aſtrorum analogiam ſe habere: adeoque ipſoſuēt Muſicos iſthac ignorare, vel certe negligere adſirmat. Sic igitur procedit:

Columna.
XXX.

, , Canoras porro nugas venditarunt qui-
cumque de Muſicis cum caeleſtium cor-
porum motibus ſimilitudine, & diſtinate
traſtarunt. Ut demus enim folis, luna-
que motum, & diſtantiam Muſicis ra-
tionibus analoga eſſe, & Zodiacum ea-
dem, ac Muſicum Canonem proportione
dividi, non idcirco huiuſmodi, quam
tradunt, Muſicas cum caeleſtibus corpo-
ribus cognitionem demonſtrare poſſunt;
propterea quia innumerā ſunt alia, que
certam quamdam inter ſe analogiam ex-
hibent, quae tamē mirum quantum
reapeſe diſcrepan. Praeterea hanc caeleſ-
tium motuum, ac diſtantiarum, earum
que diſferentiae in caelo regnantis obſer-
vationem nihil ſane ad virtutes adipi-
ſendas, moresque conrigendos conduce-

, , re poſſe fit veriſimile. Neque ſane, ut hiſ
videtur, ſed qualis cauſa ipha eft, ita ſe
res habet; neque ex iis corporibus, quae in
ſublimi videmus, alias coniecturas dicere poſſe
eſt, quam ab illis, quae apud nos exiſtunt;
non enim perinde ſe habent, ac corpora no-
bis circumſtuſia. Omitto autem, quod illi
ipha, qui caeleſtem Muſicam commenti ſunt,
illam nostris auribus minime percipi poſſe, ſed
a Diis (4) tantummodo, exaudiri adſirmant.
Praeterea quomodo ſuperna illa corpora in-
fluere in ſubiecta poſſunt tanto interceden-
te intervallo? Nihilominus aſtrorum influ-
xus, & praefigurations a quibusdam ad-
mitti ſcimus, non ita tamē a ſapien-
tibus, ut per ea etiam humanos animos
cieri, & inclinari dicant. Vulgaris quidens
apoteleſcopaz (5), ad effeſtum utrumque ar-
tificioſe

(1) V. ad Col. XXIX. v. 16.

(2) Aliqua heic defunt, quea divinari nullo paſto licet. Addit enim, puto, factum aliquod, quo diſta confirmet; ſiquidem ait: πολλοὶ εὐ-
χοὶ, δὲ οὐ . . . προστυχόντοι: ſaepē natiū ſum,
qui non . . . animadvertentibus.

(3) Vide quea adnotavimus ad Col. XXX, &
XXXI.

(4) Ex iis verbis πατερ τῶν Θεῶν, quea mo-
do ſuperfunt Col. XXX v. 34, & ex aliis διατά-
πε τυτοῦ v. 38, hunc ſentum articulo exculpi-
mus. Conſer, quea habet Maximus Tyrinus in
adlato a nobis loco §. 5.

(5) Idem ac ἀφονητες, genituras. Vide ad
Col. XXXI v. 8.

tificiose confici ab astrologis sibi persuaseret. At certe si ~~anomiae~~, adversus vitas difficultates, calamitatibusque utilia esse concederimus, non ideo sequitur Musicam secundum ipsorum analogiam se habere, & caelestium contemplationem nem. Nemo enim ne ex ipsis quidem Musicis ea cognovit, vel certe, etiam si

si noverit, demonstravit; sed eam sententiam a quibusdam Pythagoreis aliqui haurientes in suis scriptis recensuerunt. Si autem e converso exploratum diu est, oennes re ipsa isthaec negligere, profecto non statim illi Musicae cognitionis omnium, no expertes fore dicendi erunt,

IN CAPUT XVI.

Num animi affectus immutare queat?

Solutis reliquis argumentis unum restabat, ut finem adhuc agitatae quaestioni imponebat, an Musica animos ad virtutem disponere quiret? Illud autem profecto erat, quod Diogenes, aliqui fautores eam vim Musicae tribuebant, qua animi affectus immutare, & in contrarium ducere valeret: quod si verum foret, procul dubio homines ad virtutem manuducere facilis negotio posset. Id igitur diserte negat Philodemus primum eo argumento (si quid ex corruptissima Col. XXXI expiscari licuit), quod nonnisi argumentorum robore immutari mens possit; deinde quod, si ex eorum sententia, proba & virilis Musica ad nobiles affectus animum disponeret, contra vero garrula & effemina ta ad pravos mollesque inclinaret, consequens esset Theatrorum Musicam, quam nempe nimis fractam, & voluptuosam adscubant, ad vitia & libidines viam sternere. Atqui constare ait neque Scenicos artifices, neque Histriones, neque Philosophos, neque politiores viros, & ad summam universos eius Musicae auditores hinc vitis laborare, ita quidem, si turpis verbis, gestibus, actis non essent adsuetai. Namque Musica per eum ~~admodum~~ est, nullumque effectum praeter oblationem parit. Id autem procul dubio ideo dicit, ut se fuisse purget, qui ab huiusmodi Theatrorum Musica minime abhorrebat, ut satius docuimus. Praeterea, ait, si quis syllabis imitanti facultatem adscriperit, Musicam vero spectaculis, gestibus, verbisque adiunctam, & apte illis respondentem animos flectere posse affirmet, is fane nugatur; quandoquidem etiam sine Musica huiusmodi effectus existunt, & conciones eodem pacte animos commovere novimus. Ad summam non plus Musicae, quae aures vellicat, quam odoribus, & saporibus, qui nares, & palatum percussent, tribuendam esse concludit. In hunc ergo modum, quantum coniicere fas est, exsequitur:

Col. XXXI. Ait praeterea Stoicus eo ploris prae aliis disciplinis ducentam esse Musicam, quo ipsa una vetat nos animo excruciarci; quippe cantus magis valent animum commovere, quam quidvis alius. Sed licet quis per eam omne animi oblationem exhibeat, & quidquid eum mulcere potest, non idcirco animum per Musicam in opuspositos praefertibus affectus adduci, ut, puta, ad misericordiam, vel contra, dice re queritur. Non enim haec oblationemta misericordes nos reddunt, & magis nos animos flectunt, sed ab iis, quae Tragoedii, & Comœdiæ canunt, animis flectuntur, & immutatur. Nec porro verum est a garrulo *Col. XXXII.* Et fratio Theatrorum cantus animos conrumpit (1). Nec enim cantus spectatorum mentes inficit, dum in Theatris sedent, neque insaemet sententias, sed quas secum ipsi ferrunt animi affectiones, & ea, quae multatis hominibus communia sunt, nec sane a canto proveniunt. Atque hinc evidenter consequitur, quod neque e scenicis artificibus, qui eas cantilenas perficiunt, neque ex privatis viris ii, qui sunt pollutiores, non dico sapientes, & philosophi, quemadmodum neque hystriones, qui illas reddunt, simulque audiunt, &

ad summam quicunque aufulcent, dummodo ii neque turpibus verbis, neque gestibus, neque sententias adfuerint, dictis animi vitii laborant. Et si quando haec a voce quamdam originem ducunt, secundum quam nos ipsi scenici personis, attendimus, vel fortasse aliquibus, id utique voci ipsi nequam est adscribendum. Etenim nec ii, qui ita affecti sunt, requirunt ea, quae citharoedus ad rhythmum canet. Si quis autem putet etiam syllabus imitandi vim habere, & ut plurimum Musicam adspicitibus, gestibus, verbisque adfinibus bellare conrespondere, atque hinc animi vim emolliri, atque ita immutabilem sapientiam (2) a levissimis rebus flecti, profecto fallitur; aequo enim illibac *Col. XXXIII.* semper simili modo affectos percussent. Quippe pe quod etiam conciones animos contrario affectu dispositos misericordes, & compatientes, & aequo mansuetos redde re valent. Atqui frustra in hinc oppugnandis nugis tempus, & operam terimus; cum evidens omnino sit cantus istos, quibus animum in contrarios affectus immutandi facultatem tribuant, non esse ab odoribus, & saporibus diversos, siisque potiores.

IN

(1) Haec omnium fere veterum Scriptorum sententia erat, ut iam ostendimus.

(2) V. ad Col. XXXII v. 33.

I N C A P U T XVII.

An utilitatem Musica pariat?

Cum tot tantaque de Musica adversarii praedicarent, merito eam in primis & omnibus utilem prae aliis artibus esse concludebant. Ipse autem, qui cuncta iniciatus est, & ad oblectandum unice comparatam esse Musicam docebat, eam utilem dici posse negat. Utiles enim fore ait eas tantummodo artes, quae necessariae vitam malis occurrunt, ut agricultura, textoria, architectura, politica, & hisce similes, non vero eam, quae tantum oblectationem, quae minime necessaria est, pariat (1). Quod si oblectatio utilitas dicenda est, consequens foret Philosophiam Musica, aliusque de trivio artibus deteriorem esse, quia per paucis repletis utilis evadit. Denique cur negare eorum, qui magnam eius utilitatem se expertos esse praedicant, testimonia, rieque Graecorum omnium, qui magni Musicam fecerunt, auctoritas aliquem movere debet, ostendit:

Columna. XXXIII. „ Illi igitur, qui etiam eo devenerunt, „ ut adsererent hanc unam artem prae certe, „ teris aliis ornari ex parte utilem esse, „ mirum quantum falsi sunt. Agricultura enim, & textoria, & architectura, & politica, & plures aliae omnino sunt „ utilis; atque haec quidem dici possunt „ necessaria prodeesse, quippe quae necessariae vitae incommoditatibus occurrent; „ illa vero naturaliter tantummodo oblectationem offerat, quae necessariae minime est. Praeterea, si oblectatio est utilitas, prout isti ratiocinantur, philosophia „ dici deberet tum Musica, tum plurimis „ vilibus artibus deterior, eo quod per rati sint, qui inde emolumenatum referre solent. Stultum est autem illis, qui Musicae operam dederunt, fidem prae stare in iis, quae de magna eiusdem utilitate praedicant, quapropter cum omnibus viris, tum etiam pueris tradidam eam scientiam arbitrantur; fieri enim potest, ut isti vel se iactandi gratia lia haec venditent, vel decipientur. Et

„ quidem multi fatentur Musicam minime suos filios contrexisse, vel in melius immutasse; multi autem, quia sibi convenire autumnant, artifices recipere, & vicissim recipi, ab illa suos filios meliores esse effectos praedicant. Itaque etiam *Columna. XXXIV.* Damon (2), si quidem talia coram veris, non fictis Areopagitis adseruit, *ut pote Musicius artifex*, perverse eos ludificavit. Mirandum porro minime est, si ipsa apud Athenies, atque apud omnes Graecos in honore sit habita, atque adeo iisdem digna praemis, quae sacrorum ludorum victoribus dantur; multa enim alia & magna mala cernis eos probare, & philosophiam porro despiciere, propterea quod univeris praemium non pariat. Attamen ipsi & proper adiuncta eam nimis provocaverunt, nec eius Musicae, quae ab ipsis tantopere laudatur, nobis aliquid tradiderunt. Atque haec haec tenus de hac parte dicta sunt: licet eadem pluribus in secundo Hypomnematon libro differantur (3).

I N C A P U T XVIII.

An Musicam Dei invenerint?

Tot tantisque utilitatibus resertam Musicam scientiam, non aliis, quam Diis ipsis adeptam referabant eius fautores. Philodemus contra ait, homines per se cabere dicidisse ope rationis, quae utique Deorum inventum nemo dixit, non fecus at alias elementares scientias. Nec tamen idcirco, quia ratiocinationis, humanaeque intelligentiae ope inventa sit, utilis erit dicenda; quippe pessima etiam eius ope mortales inventerunt. Quod si hoc ipso Deorum inventum dicere volumus, quod intelligentia Deorum munus sit, profecto, ait, idem de omnibus quibuscumque artibus, sicut de una Musica, ut illi faciunt, dicendum est. Mox ex ipsis inter fabulos contrarium evinci docet. Denique nec tali Musicis honor Deos indigere adfirmat, nec ipsis tangi desiderio, utpote qui non aurum delectatione, uti nos, capiantur; qua opinione deceptos putat cum Legislatores, tum Politicos, qui Musicam in sacris adhibendam praecepérunt. Subdit porro nèque heroibus theatrorum inventionem adscribendam, falsumque admodum esse, quod vindicarent theatra populis instruendis magis, quam ipsa Philosophiae praecepta esse utilia: immo potius moribus conrumpendis esse idonea; quippe flulta Poëtarum deliramenta proponant:

Columna. XXXIV. „ Sed neque Deorum ullus Musicæ inventus fuit, neque ullus ipsam hominibus bus tradidit; sed ita mortales didicerunt, *Papyr. Vol. I.* „ ut antea docuimus. Sermonem autem, & intelligentiam, & elementares disciplinas nemo plus cogitat a Mercurio, &

Ss

„ Minerva,

(1) Vide Schol. ad Col. XXXIII v. 21.

(2) V. ad Col. XXXIV v. 1.

(3) Ibidem v. 19.

Minerva, & Musis fuisse inventa. Quod si ratio, vel ratiocinatio Musicam induxit, non continuo illa utilis erit; propterea quod pessima etiam invenit ratio. Intelligentia autem, & elementares disciplinae quasi duabus praeditae sunt artis. Itaque si quidem ob istas causas Dei invenerisse dicuntur Musicam, alias etiam artes tradidisse dicemus: hi vero, quasi hanc unam protulerint, Deos laudant. Omito enim huc illud adferre, quod Dei ut plurimum ab artibus difficultibus, & laboriosis abhorrentes vulgo repraesentantur; atque adeo Minervam tibias odifice fabulati sint (1), & Mercurium ali suum lyram tradidisse (2). Id tamen de Mercurio etiam adversus hunc, qui ait Musica Deos uti, iocandi gratia dictum est; duo vero alia, que ante hoc ultimum diximus, metaphorice adcipiantur, ut nullum Deorum Museum esse dicamus. Excepto autem hoc ultimo argumento, haec etiam adaptentur iis, qui magnific-

, care non desinunt Deorum gaudium, cum Musica honorantur: nimirum nec talibus honoribus Deos indigere, neque ipsos huic cultus desiderio tangi, neque honorem, quo Barbari Deos suos prosequuntur, Graecis convenire; etenim, & illi per cantus Deos suos venerari putant. Praeterea vero etiam legislatores, & politicos aequi deceptos suisse dicamus, cum huiusmodi moribus essent adfueti, cumque putarent, etiam Deos, non secus ac nos, audiendo Musicam oblectari, alter vero nequaquam: & alia denique huc referantur, quae in hoc argumentum iani diximus, quod scilicet nihil Musica ad germanam pietatem conducat. Falsum quoque est Heroës theatra primitus constituisse: neque adeo Theatrum publicae instructioni magis, quam Philosophiae scholas inservire verum est (3), ut nebulae longi inserviant; quippe quia theatra unice doceant nos admirari, & operam dare iis stultis, quas Poëtae tradunt,

I N C A P U T X I X.

Quibus de caussis vulgo Musicam discerent?

ANequam suam disputationem claudat, pauca coronidis loco addit de caussis, ob quas Musican vulgo discerent. Ait igitur primo huiusmodi rationes, quas hic usque enuverat, commentum esse eorum, qui cum Musican proflerentur, & nulla nobilitate, vel opibus essent conspicui, hoc pacto suam artem magnificare studuerunt: easque porro rationes cum perpauci magnos viros, quibus cordi sunt Musica, tum reliquum vulgus oblectationis, quam inde caperent, gratia libenter receperisse: secus autem opinasse eximios homines, ut Democritus, cuius auctoritatem recitat; quandoquidem Platonis verba intellecti difficilia essent. Deinde contendit frivolam etiam, & minus viro dignam eam esse rationem, quod nempe Musican discendo quisque sibi in posterum oblectationis materiem comparet, tum quia sine labore vulgo huiusmodi oblectatio suppetat; tum quia publicis negotiis tempus arque operam impendere utilius foret, quam Musicae; tum quia temporis tractus, atque voluptatis usus nauseanti parit; tum denique quia ea oblectatio minime necessaria sit, & non nisi hominum opibus adfluentium proprium sit laborare & studere, ut voluptatem capiant, alios autem minime deceat in cantu & fidibus operam ludere. Respondet postea iis, qui divitias, & gloriam ex ea disciplina provenire diletabant, eo argumento, quod haec & ex aliis studiis provenirent, & quia in conviviis, coetibusque de Musica disputare non admodum gloriosum esset apud omnes, imo vero apud quosdam, uti apud Epicureos, ridiculum fore eas quaestiones agitare, quae cura & studio opus haberent; quippe cura, & studium non suppetunt iis, qui ad felicitatem unice contendunt: quam utique felicitatem in una animi securitate, non in hisce aliis nugis requirendam esse ait. Denique concludit, se tam multa scriptissime adversus Musicae fautores, non quia tam multis indigere eorum confutatio videretur; sed quia nosset suae sectae hac de re doctrinam & opinioni eorum, qui publicae educationi praeerant, & vulgaribus moribus adversari, & mirabilia, quae Stoicus Diogenes praeaverat, multorum animos percussisse; opportunum duxerat eum argutantem presto pede persequi:

„Iam vero non piget, imo etiam necesse est, de caussis, ob quas vulgo Musica discitur, dicere, easque in medium proferre. Quippe enim inepti viderentur iis, qui Musicae incumbunt, cum nulla nobilitate, neque fortuna distineti sunt, atque adeo tantum artifices, & quasi conviviorum ministri reputarentur; hinc quosdam ra-

tiones commenti sunt, qui haec exercent, quas cum unus, & alter magnorum virorum, qui cithara, & cantu moderate ulus est; tum porro vulgus oblectationis gratia receptorum. Excellentium enim virorum facta; & sententiae aliud quodvis innunt. Enimvero Democritus maximus naturae interpres non antiquorum modo

(1) V. ad Col. XXXV v. 6.

(2) V. ibidem v. 9.

(3) Ibidem v. 41.


„ modo , sed etiam quotquot ad nostram
 „ usque memoriam florere , vir novitatis
 „ minime studiosus , Musicam iuniorem esse
 „ adfirmat , suaequae opiniois rationem hinc
 „ veribus reddit : Nequaquam necessariam
 „ esse Musicam , sed superflui loco haben-
 „ dati iudico , et si plerisque antiquissima res
 „ videatur , & quae mirabile nefcio quid
 „ ferat , & in se claudat ; recensitor enim
 „ est , quam vulgus putat : et si alia hodie sit
 „ a primaeva . Persuadeor enim frivolas ,
 „ & nugatorias adcessiones primitus ab il-
 „ la abesse , utpote quae olim a viris sim-
 „ plioribus , & luctulentioribus tractaretur
 „ fecus ac postea cum a sollertiaib; Quae
 „ autem de Musica habet Plato (1) , intelle-
 „ &tu difficilia admodum sunt , quo magis
 „ utilia . Iam vero nihil generofum sapit , ne-
 „ que magnificum argumentum illud , quo
 „ ipsi confugunt . Quid enim aliud dicemus?
 „ Semet , aiunt , felices reddent , laborando
 „ nunc , & discendo , ut sibi aliquando oble-
 „ &ationem comparent . Atqui non vident ,
 „ quot acroamatis publice abundemus , e
 „ quibus sine ullo labore oblectationem ca-
 „ pere liceat ; neque adtendunt , quantum ob-
 „ tinenda dignitatis copiam , si publicis ne-
 „ gotiis nos immiscere velimus (2) , habere-
 „ mus : neque illud animadvertisse , temporis
 „ diuturnitate naturam nos destituere , & cito
 „ exsaturari , ut videre est etiam in specta-
 „ culis , quae cum in longum saepe abeunt ,
 „ aliud quidvis nos agimus , & abaliena-
 „ mur . Illud enim praetermitto huiusmo-
 „ di voluptatem necessariam non esse ; di-
 „ scere autem & studere , ut nosmiser oble-
 „ &temur , cum laboriosum esse , tum etiam
 „ proprium virorum principum propter re-
 „ ginam pecuniam , qua abundant . Omit-
 „ to etiam dicere , quam indecorum sit
 „ cernere viros , quasi pro suo munere ,
 „ pueriliter in cantu , & fidibus operam

„ ludere perpetuam . Quod autem nihil
 „ praefantius sit , vel opportunius ad ani-
 „ mos avocandos , & confirmandos adversus ^{Column.}
 „ adfectuum tumultus , suo demum loco di-
 „ ceptabimus . Cum vero dvitias , & glo-
 „ riam ex hac disciplina obvenire aiunt ,
 „ reponamus huiusmodi res multis proferri
 „ studiis communia , a quamplurimi vero
 „ abesse : ad haec non sine laboribus Musi-
 „ cana proficiam esse , & multo magis Sce-
 „ nicis , quam nudis Harmonicis ea emolu-
 „ menta obvenire . Quod vero Musicas pe-
 „ ritii in conviviis , aliisque coetibus & ad-
 „ fatim disputandi materiam habeant , &
 „ primas capiant , reponimus id & commu-
 „ ne aliorum studiorum esse , nec ab om-
 „ nibus , ut a quibusdam , in pretio habe-
 „ ri ; immo fortasse risu excipendum , si Phi-
 „ losophus huiusmodi disceptationis argu-
 „ menta in coetu , & conviviis proponat ,
 „ quae a plerisque non intelligentur , &
 „ cura studioque indigent , ut explicitentur ;
 „ quae utique iis , qui ad beatitatem con-
 „ tendunt , non sufficiunt . Siquidem nos
 „ multo portiores esse animi securitatem ,
 „ tranquillitatemque prae inutilibus huius-
 „ modi quisquiliis (3) , demonstrabimus , cum
 „ ad operis conclusionem ex ista digressio-
 „ ne perveniemus . Tam multa igitur ad-
 „ hue edisseri adversus quorundam homi-
 „ num tractatus , & fortasse non abs re ,
 „ immo opportune . Nam profecto propter
 „ iforum suadelas vim , ne minimam qui-
 „ dem tot verborum partem fundere mihi
 „ opus erat ; sed & propter opinionem ,
 „ quam de Musica imbibierunt , qui publi-
 „ cae educationi praesunt ; & propter in-
 „ ductas iam multorum hominum constitu-
 „ tiones ; & propter miracula , quae Stoicus
 „ iste praedicat , operae praeium duxi ni-
 „ hil praeterire eorum , quae is vendiatet ,
 „ sed eum e vestigio persequi .

F I N I S.

(1) V. ad Col. XXXVI v. 7.
 (2) Ibidem v. 19.

(3) V. ad Col. XXXVIII v. 26, & 29.



I N D E X I.

165

Capitum, in quaे partiri textus commode potuit.

C A P. I.

*N*ullam esse Musicam, quae ad animos informandos sit idonea.

Pag. I

C A P. II.

An Musica Dixitati colenda per se sit idonea?

23

C A P. III.

An Musica aliquid conferat encomiis, bymenaeis, epithalamii, threnis?

27

C A P. IV.

De Musica, quae ludicris certaminibus inserviret, quid sentiendum.

31

C A P. V.

An Musica suape natura vi movendi polleat?

35

C A P. VI.

Generali arguento, quod in honore apud veteres fuerit Musica, obviam itur.

47

C A P. VII.

An ad amorem Musica quid conferat?

59

C A P. VIII.

Quid in conviviis praesenterit Musica?

75

C A P. IX.

An ad amicitias conciliandas quid conferre queat?

77

C A P. X.

Quid de Thaletis, & Terpandi bisoriyis sentiendum?

81

C A P. XI.

An Musica eo nomine sit commendanda, quod religioni vulgo inserviat?

91

C A P. XII.

An Musica intellectum acuat, & ad alias scientias relationem habeat?

95

C A P. XIII.

An Musica ad virtutes animum disponat?

99

C A P. XIV.

Quid Musicae nomine sit intelligendum?

111

C A P. XV.

An Musica caelestibus meteoris respondeat?

119

C A P. XVI.

Num animi affectus immutare queat?

121

C A P. XVII.

An utilitatem Musica pariat?

125

C A P. XVIII.


An Musicam Dei invenerint?


127

C A P. XIX.

Quibus de causis vulgo Musicam disserent?

135





O

Ομματα τριπεν in Epigrammate, quod est
in Praef. §. IX p. 10, quo sensu v. n. (39)

Ουτατα in Epigrammate, quod est in Praef.

§. IX p. 10, quid v. n. (37)

Οφεις δικαιαι C.XXV v. 5, 6, quid sint v. S.
ibid. p. 108.

Pi

Παραδιδωμι C.III v. 10, quo sensu v. S. *ibid.*
p. 18.

Παραδοχη C.I p. 4, quo sensu v. S. *ad d.*
C. p. 2.

Πομια, πομπικον pro πομιμα, πομπικον passim
v. S. *ad C. IV* v. 6 p. 32.

Πολυαιδεστατη μεσικη C.II v. 40, v. S. *ibid.*
p. 16.

Πολυμητσοι αγανες C.IV v. 37, & S. *ibid.* p. 20.

Προτυμενα C.X v. 40, v. S. *ibid.* p. 50.

Προσεπιλεγεν C.VIII v. 40, 41, v. S. *ibid.* p. 41,

Z

Συγκαταστηκοις C.XXXVIII v. 39, quo
sensu v. S. *ad d. C. p. 141.*

Συμπολιτεια C.XXIV v. 18, quid v. S. *ibid.*
p. 105.

Συμποτικη αρετη C.XVI v. 5, & 8, v. S.
ibid. p. 74.

Συναυλεια C.XXIX v. 15 pro συναυλια v. S.
ibid. p. 118.

ΣυνεΦελχομεν τας φυχας μεσικη C.I v. 11,
12, v. S. *ad d. C. p. 3.*

T

Τερετιζειν C.IV v. 28, & C.XXIX v. 21,
v. S. *ad C. IV p. 25.*

Τιλαι C.XXXVIII v. 29, quo sensu v. S.
ad d. C. p. 141.

Τοκογγλυφος in Epigrammate, quod est in
Praef. §. VI p. 6, v. n. (21)

Τριπραυλης C.VIII v. 32, quid v. S. *ibid.* p. 41,

Y

Υπομηματα C.XXIV v. 5, & C.XXIV
v. 22, quid sint v. S. *ad d. C.XXIV p. 104.*

Phi

Φιλιτεια C.XIX v. 11, v. S. *ibid.* p. 88.

Psi

Ψιλα μελη C.XXIX v. 42, quid fint v. S.
ad C. XXVIII v. 9 p. 116.

Ψιλε α Ψιλωω in Epigrammate, quod est in
Praef. §. VI p. 5, quo sensu v. n. (16)

Omega

Ωφαιοι νεοι C.XIV v. 36, qui v. S. *ibid.* p. 65.

I N D E X IV.

Auctorum, qui in hoc volumine citantur, adlegantur, inlustrantur, laudantur, conriguntur, notantur.

Littera C. indicat Columnam, S. Scholion, v. versum, n. notam, p. paginam.

A

- A**cro Horatii Scholia cit. Praef. §. III.
Adrastus Peripateticus cit. S. in C. I n. (*) p. 2.
Aelianus adl. S. in C. IX v. 16 p. 44, in C. X
v. 17 p. 49, cit. S. in C. XIV v. 14 p. 64,
in C. XIX v. 4 p. 86, & v. 17 p. 90.
Aeschines cit. S. in C. XV v. 31 p. 70.
Agathias cit. S. in C. VIIII v. 8 p. 40.
Alcaeus cit. S. in C. XIV v. 10 p. 64.
Ambrofius S. cit. Praef. §. III & X.
Antiphanes adl. S. in C. V v. 26 p. 29.
Apollonius cit. S. in C. XV v. 15 p. 68.
Appianus cit. S. in C. VIII v. 13 p. 40.
Apulcius adl. S. in C. XXVIII v. 1 p. 116,
& S. in C. XXXV v. 25 p. 133.
Archias poëta Antholog. cit. Praef. §. VI n. (15)
Architas Tarentinus cit. S. in C. I v. 44 p. 7,
& S. in C. XXXVI v. 15 p. 136.
Arisarchus cit. S. in C. XVI v. 19 p. 75.
Aristophanes adl. Praef. §. IV n. (36), S. in
C. XI v. 27 p. 52 seq., S. in C. XII v. 8
p. 57 seq., in C. XIV v. 10 p. 64, & v. 25
& 39 p. 63, S. in C. XV v. 9 p. 63, & in
C. XXXIII v. 8 p. 126.
Aristophanis Scholia cit. S. in C. XV v. 9 p. 68,
adl. S. in C. XVI v. 5 p. 74, cit. S. in C.
XXV v. 35 p. 109.
Aristoteles adl. S. in C. III v. 12 p. 18, & v.
24 p. 19, cit. S. in C. VIIII v. 6 p. 40, &
v. 24 p. 41, S. in C. IX v. 22 p. 45, in C.
XIV v. 39 p. 62, in C. XVI v. 19 p. 75,
adl. S. in C. XXV v. 5 p. 108, & cit. S. in
C. XXXV v. 6 p. 132.
Aristoxenus Musicus adl. Praef. §. XXIII,
S. in C. I v. 44 p. 6, cit. S. in C. II v. 13
p. 13, & v. 20 p. 14 seq.
Arnobius adl. S. in C. XXXV v. 9 p. 132.
Artemon cit. S. in C. VIII v. 38 p. 61.
Arundellianae Chronicæ Auctoꝝ adl. & inlustr. S.
in C. XIX v. 17 p. 90.
Aſconius Pedianus adl. Praef. §. III.
Athenaeus adl. Praef. §. IX. n. (36), cit. §. X,
adl. bis §. XIII n. (42), S. in C. V v. 26
p. 29, in C. VI v. 33 p. 23, in C. VII v. 10
p. 36, cit. S. in C. VIII v. 6, 8, 13 p. 40, &
v. 32 p. 41, in C. XII v. 12, & 14 p. 56,
& v. 24 p. 57, in C. XIII v. 38 p. 62, adl.
S. in C. XIV v. 3, & 14 p. 64, & v. 36
p. 63, in C. XV v. 9 p. 68, v. 15 p. 69, &
v. 31 p. 70, cit. in C. XVI v. 6 p. 74, v. 19
p. 75, & v. 23 p. 76, in C. XVII v. 6 p. 78,
in C. XIX v. 4 p. 86, v. 11 p. 88, & v. 14
p. 89, adl. ibid. v. 17 & 20 p. 90, cit. S. in C.
Papyr. Vol. I.

- XX v. 9 p. 92, & adl. v. 34 p. 93, adl. S. in
C. XXI v. 24 p. 96, in C. XXIII v. 14 p. 100,
cit. v. 30 p. 101, cit. S. in C. XXV v. 36 p.
109, in C. XXXIII v. 21 p. 126, adl. S. in C.
XXXIV v. 6 p. 128, in C. XXXV v. 6 p. 132.

B

- Bartholinus cit. S. in C. V v. 31 p. 29 seq. in
C. VI v. 13 p. 32, in C. XVI v. 5 p. 79, in
C. XXVIII v. 37 p. 116, in C. XXXIV v. 24
p. 128, in C. XXXV v. 6 p. 132.
Roetius cit. S. in C. XIX v. 4 p. 86, not. ibid. p. 88.
Brunkius cit. Praef. §. III, IV, V, VI, adl.
ibid. n. (11) (12) (14) (15) (16) (18), cit.
n. (19) (20) (22), §. IX, ibid. n. (33), §. X.
Bryennius (Manuel) not. S. in C. I n. (*) p. 2,
ibid. v. 36 p. 5, adl. S. in C. II v. 12 p. 12,
not. ibid. v. 15 p. 14, adl. S. in C. III v. 37
p. 20, in C. IV v. 28 p. 25 seq., cit. S. in
C. XIX v. 4 p. 86 seq., cit. S. in C. XXX
v. 10 p. 120, adl. ibid. v. 14.

- Budaeus cit. S. in C. XXXIII v. 36 p. 126.

C

- Callimachus cit. S. in C. XXXIV v. 24 p. 128.
Callisthenes cit. S. in C. VIII v. 13 p. 40.
Capella (Martianus) cit. S. in C. XVII v. 36 p. 82.
Carus (Lucretius) adl. Praef. §. VII, S. in
C. II v. 9 p. 11, in C. IX v. 22 p. 45, &
in C. XV v. 37 p. 71.
Cafaubonus (Isaacus) laud. Praef. §. IV, cit.
§. IX. n. (36), not. §. XIII, & cit. ibid.
n. (42), cit. S. in C. V v. 35 p. 30, in C. VI
v. 33 p. 33, in C. VII v. 10 p. 36, in C. VIII
v. 13 p. 40, in C. XIII v. 38 p. 62, in C.
XVI v. 19 p. 75, in C. XVII v. 7 p. 78,
adl. & laud. S. in C. XXXV v. 6 p. 132.
Castellanus (Petrus) cit. S. in C. VII v. 24 p. 37.
Catullus cit. S. in C. V v. 38 p. 30.
Christodorus Ecphrasis auctoꝝ in Anthol. cit.
Praef. §. VI n. (15).
Chrysippus cit. S. in C. I v. 44 p. 6, in C. XVI
v. 5 p. 74, & in C. XIII v. 14 p. 100.
Cicero (M. Tull.) cit. Praef. §. III, adl. ibid.
bis, & §. VI n. (18), §. VII ibid. n. (26),
cit. §. VIII, & IX, adl. ibid. n. (36), §. X,
& XIII, adl. S. in C. I v. 11 p. 3, in C. X
v. 32 p. 49, cit. S. in C. XI v. 6 p. 52, in
C. XII v. 12 p. 56, in C. XIII v. 10 p. 60,
in C. XIV v. 3 & 10 p. 64, in C. XVII v. 29
p. 79, in C. XXIII v. 39 p. 101, cit. in C.
XXIV v. 16 p. 105, adl. S. in C. XXVI v. 32
p. 112, cit. S. in C. XXXI v. 8 p. 122, adl.
in C. XXXIII v. 21 p. 126, in C. XXXVI
v. 29 p. 126, in C. XXXVII v. 6, 21, & 30
p. 138, & in C. XXXVIII v. 26 p. 140.

V u Clau-

- Claudianus *cit.* *S. in C. XXXV v. 6 p. 132.*
 Clemens Alexandrinus *cit.* *S. in C. V v. 35 p. 30, in C. XI X v. 4 p. 86, in C. XXXV v. 6 p. 132, adl. S. in C. XXXVIII v. 26 p. 140.*
 Columella *adl.* *Praef. §. VIII.*
 Corinthus *adl.* *S. in C. XIX v. 4 p. 86.*
 Cratctius (Herodes) *adl.* *S. in C. XV v. 15 p. 68, seq. in C. XXV v. 35 p. 109.*
 Cratinus *cit.* *S. in C. XXV v. 41 p. 133.*
- D
- Dalechampius *cit.* *S. in C. XIX v. 4 p. 89.*
 Damafenus (Nicolaus) *adl.* *Praef. §. IX n. (35)*
 Daphnaeus *cit.* *S. in C. XIV v. 3 p. 64, & in C. XV v. 31 & 35 p. 70.*
 Democritus *cit.* *S. in C. XXXVI v. 15, seq. p. 136, & in C. XXXVIII v. 26 p. 140.*
 Demosthenes *cit.* *S. in C. VII v. 24 p. 37.*
 Dicaearchus *cit.* *S. in C. XIX v. 11 p. 88.*
 Didymus *cit.* *S. in C. I v. 44 p. 7, & in C. XXIII v. 14 p. 100.*
- E
- Dio Chrysostomus *cit.* *S. in C. XIV v. 14 p. 64.*
 Diodorus Siculus *adl.* *Praef. §. XIII n. (41), S. in C. VII v. 24 p. 37, in C. VIII v. 26, 29 p. 41, & cit. S. in C. XV v. 15 p. 69.*
 Dorwillius *cit.* *Praef. §. VII n. (22).*
- F
- Empiricus (Sextus) *adl.* *S. in C. I v. 44 p. 6, in C. II v. 19 p. 14, & in C. XXV v. 36 p. 109.*
 Epictetus *cit.* *S. in C. V v. 35 p. 30.*
 Epicurus apud Laertium *adl.* *Praef. §. VI n. (18) v. Laertius.*
 Euclides *adl.* *S. in C. I v. 11 p. 3, & v. 36 p. 5, inlustr. S. in C. III v. 27 p. 20, cit. S. in C. XIX v. 4 p. 86, cit. S. in C. XXX v. 14 p. 120.*
 Eupolis *cit.* *S. in C. XXV v. 41 p. 133.*
 Euripides *cit.* *Praef. §. VIII, adl. S. in C. VI v. 33 p. 33, & in C. XV v. 31 p. 70.*
 Eusebius *cit.* *S. in C. XIX v. 17 p. 90.*
 Eustathius *cit.* *S. in C. XXV v. 6 p. 132, in C. VIII v. 13 p. 40, & in C. XXXV v. 6 p. 132.*
- G
- Fabricius (Io: Albert.) *cit.* *Praef. §. III n. (3), adl. S. in C. I n. (*) p. 2, not. S. in C. XIX v. 4 p. 86, & 88, in C. XXIII v. 14 p. 100.*
 Flaccus (Horatius) *adl.* *Praef. §. III, S. in C. IX v. 37 p. 45, in C. XI v. 6 p. 52, in C. XII v. 24 p. 57, in C. XXXVII v. 35 p. 138.*
 Fulgentius *cit.* *S. in C. XXXV v. 6 p. 132.*
 Feithius (Everardus) *not.* *§. VII n. (25).*
- H
- Gallius *adl. bis Praef. §. XV n. (45), S. in C. II v. 9 p. 11, in C. XIV v. 14 p. 64, in C. XXVIII v. 37 p. 116, in C. XXXI v. 8 p. 122, & in C. XXXV v. 6 p. 132.*
 Glaucus Italicus *cit.* *S. in C. XIX v. 17 p. 90.*
 Glaucus poëta Antholog. *cit.* *Praef. §. VI n. (20).*
 Gyraldus (Lil. Gregor.) *cit.* *S. in C. XI v. 27, p. 53, & in C. XX v. 8 p. 92.*
- I
- Halicarnaeus (Dionys.) *adl.* *S. in C. V v. 31 p. 29 & 30, & v. 32 ibid., & in C. XXXV v. 41 p. 133.*
 Heinlius *adl.* *Praef. §. III n. (2) & (3).*
 Heraclitus *adl.* *S. in C. I v. 44 p. 6.*
 Illemarcus apud Porphyrium v. Porphyrius.
 Hermias *cit.* *S. in C. XIII v. 10 p. 60, & adl. v. 17 p. 61, & S. in C. XV v. 28 p. 69.*
 Herodotus *adl.* *Praef. §. V n. (5) & §. VIII.*
 Hesichius *adl.* *S. in C. V v. 26 p. 29.*
 Hesiodus *cit.* *S. in C. XVII v. 7 p. 78.*
 Homerus *cit.* *Praef. §. VI n. (18) adl. §. VII n. (27), cit. ibid. adl. §. IX n. (38), adl. S. in C. XII v. 24 p. 57, in C. XIII v. 22 p. 61, in C. XVI v. 19 p. 75, cit. in C. XVII v. 6 p. 78.*
 Hyginus *cit.* *S. in C. XXXIV v. 24 p. 128 seq. in C. XXXV v. 6 p. 132, adl. ibid. v. 9.*
- K
